¶ Dubitat tertio vtꝝ nomē infinitū sicut nō hō sit qd cōplexū vel qd icōplexū. Pro solōne supponit q̄ negatio infinitās pōt addi cuilibet tēio cathegorematico siue sit trāscēdēs siue nō. Ex quo seq̄t falsitas aliquoꝝ dicētiū q̄ trāscēdētia nō pn̄t infinitari. Tūc rūdet breuiter q̄ nomē infinitū subordiatur cōceptui cōpleto ex negōne infinitāte ⁊ cōceptui cui subordiat t'min⁹ finit⁹: iō nō ē nomen ṡm logicū. Sꝫ dubiū ē vtrū nomē infinitū importet i suo cōceptu cōceptū entis ita q̄ n̄ hō sit idē sic' ens qd nō ē hō. Dicūt aliq̄ q̄ sic: s̄ de s̄ alias videbit. ¶ Sꝫ restat alia dubitatio vtꝝ ista vox pr̄familias sit vox cōpleta vel icōpleta ⁊ videt q̄ sit icōpleta: q̄ ex plib⁹ cōceptib⁹ icōpletis nō resultat cōcept⁹ cōpletus nisi illi cōcept⁹ hēant adinuicē debitā cōnexionē: s̄ cōcept⁹ hui⁹ qd est pr̄ ⁊ hui⁹ qd ē familias nō hn̄t adinuicē debitā cōnexionē magis q̄ cōcept⁹ hui⁹ qd ē hō ⁊ hui⁹ qd ē asin⁹. ¶ In oppositū s̄t grāmatici dicētes illā vocē esse cōposite figure: ergo oꝫ q̄ i mēte corrn̄deat sibi cōcept⁹ cōpletus. Rn̄det pbabilit̄ q̄ ly pr̄familias ē cōposite figure: ⁊ sic subordinat cōceptui cōpleto: iō est vox cōpleta nec ē nomē ṡm logicū. ¶ Et ad rōnē dī q̄ illi cōcept⁹ hn̄t debitā cōnexionē adinuicem: q̄ cōcept⁹ cui subordinat pr̄familias nō ē cōcept⁹ hui⁹ termini pr̄: ⁊ hui⁹ t'mini familias. Sꝫ subordinat cōceptui cōposito ex cōceptu huius termini pr̄ ⁊ hui⁹ termini familie. Vn̄ n̄ oꝫ q̄ ptes aliquā dictionē figure cōposite cōponētes igrediāt cōpōnē illi⁹ dictiōis ṡm talē modū q̄ q̄libet ps cōcept⁹ cōpleti correspōdētis tali dictioni corrn̄deat alicui pti nois cōposite. Sꝫ restat alia difficultas vtrū rect⁹ ⁊ obliqu⁹ sint termini synonimi: sic q̄ subordinētur eidē cōceptui. Rūdet q̄ termini pn̄t dici synonimi dupliciter. vno mō q̄ idē adeq̄te significāt siue hēant eosdē modos significādi: siue n̄. ⁊ sic rect⁹ ⁊ oblig sūt bn̄ teri synōimi. Alio mō q̄ idē iportant sub eisdē modis significādi tā ēētialib⁹ q̄ accn̄talib⁹: ⁊ sic rect⁹ ⁊ sui oblig nō erūt termini synonimi. Et si q̄s dicat ad terios synonimos nō requirit q̄ coueniant in modis significandi accn̄talib⁹: q̄ alias lapis ⁊ petra nō essent termini synonimi. Rūdet q̄ dato q̄ rect⁹ ⁊ obliquus eēnt termini synonimi: nō tn̄ sequeret q̄ sicut rect⁹ ē nomē ita obliquus: q̄ modi grāmaticales impediūt. Ex quo sequit q̄ nō semp loco vni⁹ synonimi lꝫ ponere aliud synonimū nisi conueniāt in modis significādi grāmaticalibus. Et hec de secūdo articulo.

An rect⁹ ⁊ obliquus sint termini sinonimi.

Termini quot modis dicunt synonimi.

¶ Quātū ad tertiū articulū sit cōclusio rn̄salis ad q̄situ. diffinitiōes nois ⁊ vbi sunt a pho in textu sufficiēter assignate: vt pꝫ ex dictis. ¶ Ad rōnes. Ad primā p̄ pma parte pꝫ solo. Et p̄ secūda parte dī q̄ lꝫ nola in libris clausis actu nihil significet: tn̄ bn̄ in aptitudine. ¶ Pro tertia pte dī q̄ ille terminus vacuū: significat carētiā corpis in loco. Et antichristus significat aliqd cognitū. Et chimera aliqd imaginabile qd sufficit ad hoc q̄ sint termini significatiui. pōt et dici q̄ isti termini vacuū: chimera: sūt termini cōpleti: q̄ subordinant cōceptib⁹ cōpletis. ¶ Pro q̄rta parte dī q̄ iste terminus nihil: est x̄ptie terminus cōplexus ptim cathegorema ⁊ ptiꝫ sincathegorema: iō nō est nomē ṡm logicū. Ad secundā p̄ pma pte dī q̄ q̄uis res significata p̄ hoc nomē gemit⁹ nālit significet ⁊ n̄ sit nomē apō logicū: tn̄ ista vox gemit⁹ ē vox significatiua ad placitū. ¶ Ad alias duas ptes pꝫ solo. Ad tertiā ⁊ quartā pꝫ solo. Et et ad quintam. Tertius.

Diffinitio nois et vbi an sint sufficienter assignte.

¶ Oratio aūt est vox significatiua cui⁹ partiū aliqd significatiuū est separatim vt dictio nō vt affirmatio: dico aūt vt hō significat qdē aliqd. sed nō qm̄ est aut nō est: sed erit affirmatio vel negatio si aliqd addatur: sed nō vna nominis sillaba.

Quid ē oratio.

¶ Istud est tertiū ⁊ vltimū capitulū hui⁹ tractatus in quo philosophus determiat de enūciatione ⁊ partib⁹ eius. Et diuiditur i tres ptes principales. In prima ponit diffinitionē orationis dicēs: q̄ oīo est vox significatiua:

cuius partium aliquid est significatiuū separatim: vt dictio. ¶ Nō aūt vt affirmatio. Hāc vltimā pticulā pbat q: hō ē ps ořonis ⁊ significat aliqd vt dictio: ñ aūt vt affirmatio. non tñ q̄libȝ ps hoīs significat vt dictio: q: syllabe q̄ sūt ptes dictiōis: ⁊ p ɔñs ptes ořonis nō significat vt dictio qđ pbat p locū a maiori: q: i hoc noīe sorex ista syllaba rex nihil significat i duplicib⁹ tñ noīb⁹ id ē i noīb⁹ cōposite figure partes vident aliqd significare. Deide pbat q̄ ořo significet ad placitū: q: nō significet sicut istrumētū imediatū virtutis expressiue: igit significat ad placitum. ¶ In secunda parte ponit diffinitionem enūciationis dicens q̄ enūciatio est oratio nō omnis sed in q̄ verū vł falsū est. Quod pbat q: ořo depcatiua ē ořo: ⁊ tñ ñ est vera neq; falsa. Et sbdit q̄ alie ořones ab enūciatiua magis sūt rhetorice vel poetice cōsideratōis. ¶ In tcia pte diuidit enūciationē ponēs tres diuisiōes: q̄rū pma ē. Enūciatio nū alia ē vna alia ē plures. Scđa enūciationū alia ē affirmatio alia negatio. Tertia enūciationū vnarū alie sūt simplr vne: alie ɔiūctione: ȝ q: dicit q̄ ē enūciatio simplr vna: ideo qs posset credere q̄ eēt ita simplr vna q̄ nullā haberet ɔpositionē. remouet illud dubiū dicēs q̄ necesse ē omnē enunciationē eē ex verbo vł ex casu vbi: q: si eēt aliq̄ enūciatio sine vbo maxime eēt diffinitio hoīs: ȝ hoc nō: q: diffinitio hoīs nō ē ořo enūciatiua nisi sibi addatur ē fuit vł erit. Equalit talis diffinitio dicat vna ñ ē pńtis negocij. ¶ Deinde ostēdit qđ ē enūciatio vna ⁊ enūciatio plēs dicēs. enūciatio vna ē q̄ significat vnū de vno vł ē cōiūctione vna. Sed enūciatio plēs ē q̄ plura significat ⁊ nō vna īcōiuncte. Et q: aliquis posset credere q̄ enūciatio q̄ significat vnū đ vno significaret vnū sicut nomē. iō remouet dubiū dicēs q̄ ñ. q: nomē ⁊ verbū ē dictio sola: iō ñ significat sicut enūciatio. ¶ Deinde declarat tciā diuisionē scȝ q̄ enūciationū vnarū: q̄dam ē vna simplr: q̄dā est vna coniūctione. Vñ enunciatio simplr vna ē illa in q̄ vnū simplex pdicatū pdicat de vno simplici sbo mediāte copula. Sed enūciatio vna ɔiūctione ē illa q̄ est ɔposita ex illis enūciationib⁹ simplicibus sicut ɔpositio ypothetica vel cathegorica cui⁹ ptes copulāt p aliquā copulā. ¶ Deinde declarat mēbra scđe diuisiōis dicēs q̄ affirmatio ē enūciatiō alicui⁹ de aliquo h⁹ ē in q̄ pdicatū vnit cū sbo mediāte copula nō negata. Sed nagatio est enūciatio alicui⁹ ab aliquo. Hoc est i q̄ vnit pdicatū cū sbo mediāte copula negata: ⁊ dant hec diffinitiones de affirmatione ⁊ negatione cathegoricis. Nā affirmatio in cōmūi ē cui⁹ copula pncipalis vł pncipalior pars copule ñ negat. Sȝ negatio i cōmuni est cuius copula pncipalis vel pncipalior pars copule negatur.

Quid ē enūciatio.

Enūciationis diuisio.

Quid ē enūciatio vna.

Quid ē enūciatio plēs.

Queritur vtrū diffinitio orationis ⁊ diffiō enunciatiōis sint a pho sufficienter assignate. Et arguit pmo ɔ̄ diffinitionē ořois: q: ořo nō ē vox vna nec significatiua ad placitū: igit. añs pȝ p pma pte: q: ořo nō ē vox vna: ergo nō est vox: pȝ ɔña. q: idē ē vox ⁊ vox vna. ȝ ořo nō ē vox vna: igitur. Pro secūda parte pȝ: q: si ořo eēt vox significatiua ad placituȝ seq̄ret q̄ ořo posset nō significare suū significatū: q̄ ē falsū igit. ¶ Secūdo arguit: ořo nō fuit īposita ad significādū: ergo ñ ē significatiua ad placitū: añs pȝ: q: vel oīs ořo fuit imposita vel aliqua ⁊ aliq̄ nō. Non scđm: q: nō ē maior ratio de vna q̄ de alia. Non pmū. q: multe possūt formari ořones quib⁹ nūq̄ fuerūt similes. ¶ Tertio sic arguit. ñ cuiuslibet ořois ptes sūt significatiue vt dictio: ȝ vt affirmatio: g⁹ diffō ořonis nō ē bōa: añs pȝ p⁹: q: ptes h⁹ ořois sortes currit ⁊ plato disputat: significāt aliqd vt affirmatio. Etiā littere ⁊ syllabe sūt ptes ořois cū sint ptes dictōis q̄ ē ps ořois: ⁊ tñ ñ significāt: neq; vt dictio neq; vt ořo. Etiā si a īponeret ad significandū tm̄ sicut hō ē aīal: tunc a eēt ořo: ⁊ tñ nulla ei⁹ ps aliqd significat. ¶ Quarto sic arguit: hec ořo oē a ē b: ē ɔpositio: cū sit pmissa syllogismi: vt pȝ p phȝ prio porū: ⁊ tñ nulla ei⁹ ps ē significatiua: cū componat ex tmīs nō significatiuis. ¶ Quinto sic. arguit ɔ̄ diuisionē enūciationis. Enunciatio plures nō ē enūciatio: eo q̄ idē ē enūciatio ⁊ enūciatio vna: igit male ponit mēbrū enūciatiōis. ¶ Ista silr enūciatio. sortes ē vel nō ē asin⁹: neq; ē affirmatio neq; negatio: igit. ¶ In oppositū ē phūs i textu. In q̄stiōe sicut i ceteris erūt tres articuli.

An diffinitio ořonis: enūciationis sit bñ assignata

¶ Quantū ad primū sciēdū ē prio q̄ ořo potest capi duplr. vno modo prime itētionaliter. ⁊ sic nō ē aliud q̄ ořo mētalis: vocalis vel scripta: ⁊ sic nō capit hic: cum sit qđdā cōpletū qđ nō diffinitur. Alio mō capit scđe intentionaliter: ⁊ sic nō ē nisi vna scđa intētio vel vnum intētionale attributū p intellectus orationi mētali: vocali vel scripte: ⁊ sic est qđ incōplexum: ⁊ hic diffinit: ⁊ est ibi pdicatio denotatiua: sicut in diffinitione nominis ⁊ vbi. ¶ Pro q⁹ tñ ē aduertēdū q̄ ořo ñ ē vox icōpleta: ȝ ē vox cōpleta. vñ vox ɔpleta est q̄ subordinat cōceptui ɔpleto. Unde ɔcept⁹ complex⁹ ē qui componitur ex pluribus cōceptib⁹ simplicibus: siue hoc sit intrinsece siue equiualenter. ⁊ hoc siue talis vox sit realiter diuisibilis i plures voces quarū q̄libet significet aliqd illi⁹ qđ significatur p totū siue nō. Et sic pȝ q̄ sola vox pōt dici vox ɔpleta vt si ista littera a imponeret ad significandū tantū q̄tuȝ aīal currit. tunc a eēt vox cōpleta. sed vox simplex siue incōpleta sm logicū est q̄ subordinat conceptui incōpleto. Ex hoc seq̄t q̄ noīa ɔposite

Ořonis acceptiones.

Quid ē vox cōpleta.

Quid ē ɔceptus ɔplexus

Quid ē vox simplex siue īcōpleta sm logicum

gure sūt orōnes s₃ logicū ꝛ voces ꝯplere. Ex quo seq̄t q̄ multa sūt noīa sm grāmaticū que sūt orōnes sm logicū vt noīa q̄ sūt cōposite s̄i gure. Scd̄o seq̄t q̄ ꝓprie noīa ficticia: vt chimera: ycocerū': sūt orōnes sm logicū: ꝛ voces ꝯplere: ꝛ etiā₃ iste ṫmin⁹: vacuū vt iam supi⁹ visū ē. Supponit vlteri⁹ q̄ significare ad placitū ꝛ significare ex impositione idē sūt. ¶ Pro quo notādū ē q̄ orō nō dī significare ad placitū eo q̄ significet ex impositione sui: s₃ q̄r significat ex impositione sui vł suaꝝ partiū. Uñ nūq̄ aliq̄s iposuit istā totā orōnē hō ē animal ad significādū: s₃ ꝑcise ptes orōnis sūt iposite ad significādū. Aduerte vlteri⁹ q̄ i diffinitiōe orōnis nō ponit̄ ista particula cū tēpore vel sine tpe: q̄r ē aliqua in q̄ nulla ponit̄ dictio q̄ significet cū tēpore: vt i ista hō alb⁹. Et q̄dā est in q̄ ponit̄ aliq̄ dictio q̄ significat cū tpe: vt in ista: petr⁹ currit: iō si in diffinitione fuisset posita aliq̄ istaꝝ particulaꝝ. tūc talis diffinitio n̄ ꝯuenisset cuilib₃ orōni. Nō ponit̄ ēt recta: q̄r tale ꝑdicatū n̄ attribuit̄ orōni s₃ voci icomplexe.

¶ Sciēdū ē secūdo q̄ circa textu₃

Petrus currit: ꝛ Johānes disputat: an sit orō ꝯ logicu₃

icidit vna difficultas. vtrū sit ibi orō s₃ logicū petr⁹ currit ꝛ iohānes disputat. Et videt̄ q̄ n̄: q̄r ptes ei⁹ sūt significatiue: vt affirmatō. igit̄. Rñdet̄ q̄ i diffinitiōe orōis ē mod⁹ ptītiu⁹ ꝛ n̄ distributiu⁹: ita q̄ n̄ vult negare q̄ aliq̄ ptes orōnis significent vt affirmatio: s₃ vult dicere q̄ cuiuslibet orōis aliq̄ ptes sūt significatiue vt dictio: siue aliq̄ sint significatiue vt affirmatio: siue nō: ita q̄ n̄ pōt eē orō nisi aliq̄ ptes sint significatiue. vt dictio: nō tñ negādo q̄ nō possint eē aliq̄ ptes orōnis q̄ sint significatiue vt affirmatio. Scd̄a difficultas vtꝝ diffinitio orōnis ꝯueniat oī orōni. Et videt̄ q̄ nō: q̄r tūc nulla eēt orō impfecta: cū sibi tota diffō orōis ꝯueniret. ¶ Respōdet̄ q̄ orō n̄ dī pfecta neq̄ impfecta eo q̄ diffō orōnis sibi ꝯueniat vł nō sibi ꝯueniat. s₃ dī orō impfecta: q̄r non perfectū sensum generat in cōcipiēte vt satis visu₃ est in summulis.

Orōnis diffō an ꝯueniat oī orōni

¶ Alia difficultas si a iponeretur ad significādū tātū q̄tum hō ē animal verā eēt oratio vel enūciatio. ¶ Respondetur breuiter q̄ esset enūciatio: q̄r subordinaretur enūciationi: igit̄ esset enūciatio. Et si q̄s dicat nulla ps ei⁹ est significatiua vt dictio: ergo nō esset oratio vel enūciatio. ¶ Respōdet̄ negando ꝯñam: q̄r nō op₃ ad hoc q̄ aliq̄ vox sit oratio q̄ eius ptes sint significatiue vt dictio: sed sufficit q̄ subordinet̄ ꝯceptui cōpleto cuius partes sūt significatiue vt dictio. ¶ Et si q̄s dicat oīs enūciatio est affirmatiua vł negatiua: ꝛ alicui⁹ q̄ntitatis etiā pōt cōuerti ꝛ pōt habere ꝯtradictoriā: sed si a esset oratio: tūc nō eēt neq̄ affirmatiua neq̄ negatiua neq̄ alicui⁹ q̄titatis: neq̄ posset ꝯuerti neq̄ haberet contradictoriam. ¶ Respōdetur q̄ si a iponeretur

A posi tū ad significādū orōnem an sit orō vł enunciatio.

ad significandū tātū q̄tū hō ē aīal eēt eiusdē q̄ntitatis ꝛ eodē mō ꝯuerteret̄ ꝛ haberet ꝯdictoriā sicut mētalis cui subordinaret̄. ¶ Et si q̄s dicat illo casu posito cōuerte istā a. Respōdet̄ q̄ d₃ cōuerti ꝑ ei⁹ synonimā puta ꝑ istā aīal ē hō. ita q̄ in cōuersiōe vel ꝯdictōe non oportet semꝑ eosdē termios manere: sed sufficit q̄ accipiat̄ ṫmini synonimi vel posset dici q̄ illo casu posito a que esset oratio vocalis n̄ ꝯuerteretur: sed bene eius mētalis q̄d sufficit.

¶ Sciendū ē tertio ꝑ declaratione

An oīs orō dicat enūciatio.

diffinitionis enūciationis q̄ nō oīs orō dicit̄ enūciatio sine ꝓpe orō idicatiua. i. ꝯposita ex vbo indicatiui modi: q̄r in alijs sc₃ impatiua optatiua. coniunctiua. ifinitiua. ꝛ depcatiua n̄ ē verū neq̄ falsum: iō ista petre fac ignē nō est vera neq̄ falsa. Etiā ista vtinā eēm bon⁹ clericus n̄ ē vera neq̄ falsa. iō iste orōnes nō ꝑtinēt ad logicū. s₃ magis ptinēt ad rethorē vł poetā vt dicebat̄ i textu. Et si q̄s dicat ibi ē orō indicatiua petr⁹ q̄ ē bon⁹. cū ꝯponat̄ ex nomine ꝛ verbo ꝑsentis tpis idicatiui: ꝛ tñ nō est vera neq̄ falsa: igit̄: ¶ Respōdet̄ q̄ ē orō impfecta: iō n̄ ē vera neq̄ falsa. Et lic₃ ponat̄ vbū tanq̄ copula min⁹ ꝑncipalis: tñ n̄ tanq̄ copula ꝑncipalis: iō ē regula logicorū q̄ ly ē positū cū ly q̄ nūq̄ ē nisi copula min⁹ ꝑncipalis: respectu cui⁹ ꝓpositio nō dī ꝓpe neq̄ vera neq̄ falsa: neq̄ affirmatiua neq̄ negatiua: vt dicēdo petr⁹ q̄ ē n̄ disputat. ē simplr̄ negatiua. ꝛ tñ copula min⁹ ꝑncipalis n̄ negat̄. Et ista ē simpliciter affirmatiua: petrus qui nō est currit: licet copula min⁹ ꝑncipalis neget̄. Et aduerte q̄ enūciatio magis diffinitur ꝑ verū vel falsū q̄ per vłe vel pticulare. vel ꝑ affirmatiuū ꝛ negatiuū: q̄r hic ꝑncipalr̄ ꝯsiderat̄ de enūciationibus vt sūt signa cōceptuū veroꝝ vel falsoꝝ. Et ponit̄ veꝝ vł falsū: disiunctiui ad circūloquendū nobis differētiā enūciationis. Unde illud disiūctū verū vel falsu₃ est passio disiuncta ꝓpōnis seu enūciationis: q̄r cōuertit̄ cum enūciatiōe: q̄r oīs enūciatio est vera vł falsa. ꝛ oē veꝝ vł falsū ē enūciatio. Et si q̄s dicat i enūciatiōe vocali nō ē veꝝ neq̄ falsū: igit̄. Rñdet̄ q̄ veꝝ est nisi tanq̄ in signo: vt iā supius visum est q̄liter ꝓpositio vocalis dicit̄ vera vel falsa.

¶ Sciēdū ē quarto ꝑ declaratiōe

Quō intelligit̄ diuisio enūciationis

diuisionū enūciatiōis: q̄r p̄ma diuisio i qua di enūciationū alia est vna. alia est plures. ē diuisio equiuoci i sua equocata: q̄r illa dictio plures diminuit ꝯ rōne enūciatiōis. ¶ Ex quo sequit̄ q̄ enūciatio plures nō est enūciatio. vnde enūciatio plures cōiter fit trib⁹ modis. ¶ Primo q̄ñ plura ꝑdicant̄ de vno in cōiunctē ꝛ n̄ sē habētia ꝑ modū determinatōis ꝛ dtermiabilis vt hō est albus music⁹. ¶ Scd̄o q̄ñ vnū ꝑdicat̄ de plurib⁹: vt hō alb⁹ music⁹ currit. ¶ Tertio quādo plura ꝑdicātur de plurib⁹: vt hō albus

musicus est niger artifex. Fit et vbi ponātur plures enunciatiōes sine cōiunctiōe: vt sortes currit: hō est albus. ¶ Ex quo sequit q̄ ibi est enūciatio plures: canis currit: cū subordinetur trib' ppōnibus incōiuncte captis. ¶ Supponitur vlterius pro tertia diuisione enūciatiōnis in q̄ dr enūciationū vnar. alie sūt simplr vne: et alie vne ȝiunctione: q̄r ppe ppōnes dicunt vne ȝiunctiōe in qb' ȝiungunt due ppositiones p ȝiunctionē sicut sunt ppōnes ypothetice. iō dr in textu q̄ ppositio vna ȝiūctione ȝponit ex his. i. ex ppositionibus simpliciter vnis. ¶ Ex quo sequit q̄ propositiones d' sbo vel predicato copulato vel disiuncto dnr ppositiōes vne simplr. non ita simpliciter. sicut ille in quibus ponit tm̄ vnū pdicatū simpler. Ex quo et sequit q̄ propositio in qua predicatur determinatio et determinabile dr ppositio vna simplr: vt ista: petrus ē homo alb'. homo est aial rationale. Et hec de primo articulo.

Propō nes quō dicunt vne.

¶ Quantū ad scōm dubitat̃ primo vtrū ppō mētalis sit realiter cōposita ex plurib' notitijs seu plib' ȝceptibus partialib' quorum vnus sit sbm et alius sit predicatū. ¶ De hoc dubio sunt due opiniones: quarū prima tenet q̄ ppō mētalis est essentialiter cōposita ex plurib' notitijs partialib' quarū vna ē sbm et alia pdicatū. ¶ Pro cui' declaratiōe ponūt aliqua dicta. Primū. q̄libet ppō mētalis ypothetica est cēntialr composita ex pluribus notitijs partialibus. Probat. q̄r nlla notitia simplex naturaliter significat hoīez currere et hominē nō currere. Sed mētalis ypothetica cui subordinat hec vocalis: hō currit: et hō n̄ currit. naturaliter significat hoīem currere: et hominē nō currere. igit illa mētalis nō est notitia simplex. minor et ȝña sunt note. et maior pbat. q̄ntū. n. repugnat ȝceptui q̄ ē nālis filitudo hoīs q̄ sit nālis et ppa similitudo asini: tm̄ vel magis repugnat notitie q̄ significat hominē currere q̄ significet hominez non currere.

An p. pō mental' ȝponit ex plib' no titijs: seu ȝce ptibus. Dcā p. dictum dubiūȝ decla. rantia. Primū

¶ Scdz dictū: cuiuslibet ppōnis mētalis cathegorice sūt aliq̄ partiales notitie ex qb' ipa cēntialiter ȝponit tāq̄ ex partib'. pbat. aliq̄ n. cathegorica mētalis ȝponit mō predicto: et nō ē maior rō de vna q̄ de alia. igit. Maior p3. nulla. n. notitia simplex est naturaliter significans currens et non currens: hoīez et nō hoīez. ¶ Sz mētalis cathegorica cui subordinat ista vocal. cū rel' ē nō currēs: hō ē nō hō et hm̄ ¹i. igit. maior pbat. q̄r si eēt eadē notitia simplex nāliter repñtatiua hoīs et nō hoīs: nō oporteret ponē nisi vnā notitiā nūero simplicissimā ad repñtādū oēs res mūdi. ¶ Tertiuz dictū nō obstātib' illis posse est aliquā notitiā simplicē eē ppōnē mentalē ppzie dictam et cathegoricā: et posse ē talez notitiā simplicē esse

Scdm

Tertiū

mētalē ypotheticā. p3. nō enī videt aliq̄ repugnātia seu ȝdictio q̄ de' possit i intellectu hūano pducere hmōi notitiā simplicem repñtatiuā tātū q̄ntū plures notitie ptiales. talis. n. notitia eēt va vel falsa: igit eēt ppō ypothetica vel cathegorica. Et si tal' eēt notitia diceret equiualēter ȝpleta: q̄r equaleret i significādo plibus ȝceptib' seu notitijs ptialib' ipē distinctis et alicui actui mētali sincathegorematico tenēdo q̄ puro sincathegorematī non corrñdet notitia i mēte lz bñ sibi corrñdeat act': ita isti volūt dicere q̄ ppō mētalis cui subordiat ista vocalis. hō est aial ȝponit ex duob' ȝceptib'. et vno actu seu ex vno sincathegoremate mētali. Mō adhuc pbāt. q̄r sbm hui' vocalis: hō est aial corrñdet et subordiat alicui ȝceptui: ergo et pdicatū subordinabit alicui ȝceptui. et p ȝñs mētalis cui subordinat ista vocalis hō ē aial: ȝponet ex duob' ȝceptib'. ¶ Alia ōpio dicēs q̄ ppō mētalis nō est essentialr ȝposita ex plurib' notitijs partialib' q̄rū vna sit sbm et alia pdicatū. Probat sic. q̄r tunc eēt posse esse duas ppōnes mētales nālr significantes oīo siles q̄rū vna eēt possibili et vera: et alia impossibilis: sed hoc ē absurdū. nam tales ppōnes adeq̄te idē significarēt. p3 ȝña. q̄r iste due mētales oīs hō ē ens: et oē ens ē hō: sunt oīo siles q̄r hñt ptes oīo siles et eiusdē spēi cū in intellectu nō sit ordo notitiar seu ȝceptuū. et tñ vna est possibilis et alia ipossibilis. igit et c. ¶ Ista rō nō videt cōcludē: nā ptes illar ppōnū nō sunt eiusdē spēi accñtalis: ȝcept'. n. cui subordinat ly hō in prima accipit ȝfuse et distributiue: et in secūda confuse tm̄. Et sic diceretur de cōceptu cui subordinat ens: et sic ptes differunt spē accidentali sic q̄ nō sunt penit' synonime sicut posset dici de recto et obliquo. Sed diceres si ppō mētalis nō eēt ȝposita ex pluribus notitijs partialib' sequeret q̄ n̄ magis deberet dici cōpleta q̄ notitia noīs simplicis: et hoc est falsū. Rñdet q̄ aliqd dr cōpletū duob' modis. vno mō formaliter et intrinsece: q̄r i se h3 plures partes ex qb' cōponit. alio mō extrinsece et essentialiter: q̄r. l. est de obiecto ȝpleto vel equalet i significādo plib' notitijs ptialib': et isto mō ppō mental' dr ȝpleta.

notanda sunt ista

alia opinio

nota

Cōplexum ri acce ptiōes, qlisunt due

¶ Dubitat scdō vtrū aliqua ppō sit ȝposita ex plib' ppōnib': ita q̄ sit ps ppōis. ¶ Ad dubiū rñdēt aliq dicētes q̄ ppō nullo mō ē ps ppōnis neq̄ cathegorice neq̄ ypothetice. Et qñ dr ppō ypothetica cōponit ex plibus cathegoricis. Rñdetur q̄ ver ē ad istum sensum ppō ypothetica componitur ex plibus orōnibus: que si seorsum sumerētur essent ppositiones cathegorice vere vel false. qd' probant: q̄r si aliq̄ propositio ypothetica ȝponeretur ex pluribus cathegoricis: seq̄ret q̄ idē di-

An sit aliq̄ p. pō ex plib' ppō. nib' cō posita.

nota

cerẽtur simul verũ ⁊ falsũ: possibile ⁊ impossibile. nã si sortes dicat istã disiunctiuã: hõ est asinus vel deus ẽ: ⁊ dicit verũ ⁊ necessariũ: q̃r dicit istã: deus ẽ: ⁊ dicit falsũ: q̃r dicit istam: hõ ẽ asin⁹. Et q̃n arguit̃ cõtra eos. ad veritatẽ copulatiue req̃rit̃ veritas vtriusq̃ ptis. Rñdẽt q̃ ad vẽitatẽ copulatiue req̃rit̃ q̃ vtraq̃ ps sit va: si seorsũ sumeret̃. ¶ Alij sũt dicẽtes ⁊ meli⁹ q̃ ptes ppõnis ypothetice bñ sũt ppõnes: q̃ aliq̃n sũt due cathegorice: aliq̃n due ypothetice: ⁊ aliq̃n cathegorica ⁊ ypothetica. ⁊ h̃ pbãt ex cõi vsu fere oĩuz logicoꝝ. Dicit ẽt aristo. in textu q̃ ppõ vna cõiũctiõe. i. ypothetica ẽ q̃ cõpõit̃ ex his. s. cathegoricis. ¶ Sz ad rõnẽ alteri⁹ opiniõis di q̃ nõ ẽ incõueniẽs idẽ sil' dicẽ verũ ⁊ fm̃ fm̃ diuersas significatiões. Di. n. verũ fm̃ significationẽ ptialẽ: ⁊ fm̃ fm̃ significationẽ totalẽ vel ẽ. ¶ Sz restat aliud dubiũ: an aliq̃ ps ppõnis cathegorice sit ppõ: vt ẽ ps illi⁹ cathegorice. Dicũt aliq̃ q̃ nõ. q̃d pbãt: q̃r hoc videret̃ ẽẽ verũ d̃ ista cathegorica: nullus hõ ẽ aial ⁊ de pte ei⁹. s. hõ ẽ aial. sed hoc nõ. q̃r si sic. tũc hõ ẽ aial q̃ ẽẽt ps illi⁹: nullus hõ ẽ aial. ẽẽt affirmatiua vel negatiua. nõ negatiua: q̃r i ea nõ ponit̃ negatio: nec affirmatiua: q̃r copula ei⁹ negat̃ p signũ p̃cedẽs. sed ista rõ n̄ m̃ltũ cogit. iõ dicũt aliq̃ multũ pbabilr̃ q̃ ps ppõnis cathegorice põt bñ ẽẽ ppõ: vt hõ ẽ aial. ẽ ps illi⁹ totalis ppõis: nullus hõ ẽ aial. ¶ Pro ista tñ opiniõe ponũt aliq̃ ppõnes. ¶ Pria. oiones cõposite ex sbo ⁊ ly ẽ vt h̃z purã rõnẽ copule nõ sũt ppõnes. vt hec oio hõ ẽ. in hac ppõne hõ est aial. nõ ẽ ppõ. cũ nullũ sit p̃dicatũ: q̃r ly ẽ vt ẽ copula: ẽ pure sincathegorema. ¶ Scd̃a ppõ. ps ppõnis cathegorice põt ẽẽ ppõ: q̃r oẽ verũ vel fm̃ ẽ ppõ: s̃z ps ppõnis cathegorice aliq̃n ẽ va vel falsa. vt p̃z de ista ppõne hõ ẽ aial: q̃ ẽ ps hui⁹ oĩs hõ ẽ aial. ¶ Tertia ppõ. cuiuslibz ppõnis vlis vel ꝑticularis totũ residuũ p̃ter signũ ẽ ppõ. ¶ Quarta ppõ. cuiuslibet ppõis cathegorice disiũcto copulato vel cõditiõato extremo aliq̃ ps ẽ ppõ. ¶ Quinta ppõ. q̃libet ps ppõnis significãs ve vel false: siue significatõe totali siue significatõe ptiali ẽ ps ppõis siue sit ps ppõnis cathegorice vl' ypothetice.

An ali q̃ ps ppõnis catego rice sit ppõ.

¶ Dubitat̃ tertio vtrũ ppõ vlis equaleat ypothetice copulatiue cõposite ex suis

singularib⁹. ⁊ vtrũ ppõnes expõibiles sint cathegorice vel ypothetice: ⁊ vtrũ sit ponẽda aliq̃ ppõ realis in q̃ res subijciat̃ vl' p̃dicet̃. Quãtũ ad duas p̃mas ptes satis visũ ẽ in summulis q̃d sit dicẽdũ i p̃ncipio tractat⁹ ppõnũ expõnibiliũ. ¶ Sed q̃tũ ad tertiã ptẽ i q̃ q̃rit̃ vtrum sit ponẽda aliq̃ ppõ realis. Rñdet̃ p aliq̃s ppõnes. ¶ Pria ppõ. aliquã ẽẽ realẽ ppõnẽ p̃t intelligi dupl'r. Uno mõ q̃ sit aliq̃ res q̃ vocet̃ ppõ q̃ cõponat̃ ex trib⁹ reb⁹ q̃ruz vna sit subm: alia copula: ⁊ alia p̃dicatũ sic q̃ tales res nõ sint signa: ⁊ sic nõ est itelligẽda. Alio mõ põt itelligi aliquã ppõnẽ ẽẽ realẽ: ad istũ sensũ q̃ res cõcipiant̃ i ordie ad seinuicẽ: ⁊ sic bñ ponit̃ ppõ realis. i. res cõcipi in ordine adinuicem. ¶ Et si q̃s dicat cõtra: res p̃dicat̃ de seinuicẽ. ergo oz ponẽ vnã ppõnẽ cõpositã ex reb⁹. Rñdet̃ q̃ res fm̃ ẽẽ cognitũ eaꝝ bñ subijciũt̃ ⁊ p̃dicant̃. i. itelligũt̃ vel cognoscũt̃ i ordine adinuicẽ. nã res subijci vel p̃dicari nõ est aliud q̃ res cõcipi i ordine adinuicẽ: sed ꝓpt̃ hoc nõ oz ponẽ vnã ppõnẽ realẽ in q̃ res subijciat̃ ⁊ p̃dicet̃: q̃r res sic sufficiẽter p̃dicant̃ ⁊ subijciũt̃ in ppõne mẽtali p quã sic intelligũt̃ vl' cõcipiũt̃. ¶ Et si q̃s dicat: tales res nõ ponũt̃ in ppõne mẽtali neq̃ ppõ mẽtalis cõstruit̃ ex talib⁹ reb⁹. ¶ Rñdet̃ q̃ tales res nõ ponũt̃ formal'r i ppõne mẽtali tñ bñ obiectiue ⁊ extrinsece q̃d sufficit ad hoc q̃ res subijciãt̃ vel p̃dicẽt̃. ¶ Ex quo seq̃t̃ q̃ res poni obiectiue in ppõne mẽtali nõ ẽ ali ud q̃ res cõcipi i ordine ad seinuicẽ: mediante ppositione mẽtali. Et hec de scd̃o articulo.

alio.

quid sit subijci ⁊ p̃dicari.

¶ Quantũ ad tertiũ articuluz sit

cõclo rñsalis. Diffinitio oionis ⁊ enũciatiõis ⁊ ei⁹ diuisiões sũt a p̃ho in textu sufficiẽter assignate. ¶ Ad rõnes. Ad primã ⁊ secũdã p̃z solutio in p̃mo articulo: ⁊ ẽt ad tertiã. ¶ Ad q̃rtã di q̃ l̃z illa ppõ a. est b. sumat̃ p oione: tñ n̄ ẽ oio vera vel falsa de vsu logicoꝝ: tñ de rigore logice ẽ simpl'r falsa: sed sumit̃ a logicis ex terminis nõ significatiuis ad denotãdũ q̃ syllogismus simpl'r dict⁹ nõ recipit veritatẽ vel falsitatẽ ppõnũ. ¶ Ad quintã p̃z solo p prima pte. Ad secũdã ptẽ di q̃ in textu diuidit̃ enũciatio de copula simplici ⁊ nõ de copula mixta: modo ista sortes est vel nõ est asinus est d̃ copula mixta: iõ nõ oz ipsam simpliciter ẽẽ affirmatiuã vel negatiuã: sed ẽ sil' affirmatiua ⁊ negatiua vt alias videbit̃ in libro priorum.

Locõ rñsalis de diffinitione oiois ⁊ enũciationis.

Quoniã ãt est enũciare ⁊ q̃d est esse: ⁊ q̃d est nõ esse: ⁊ q̃d nõ est nõ esse: ⁊ circa ea q̃ sũt extra p̃ns tp̃s. Sil'r oẽ cõtigit q̃d q̃s affirmauit negare: ⁊ q̃d q̃s negauerit affirmare: q̃r maĩfestũ est q̃m oĩ negatiõi opposita ẽ affirmatio: ⁊ oĩ affirmatiõi negatio. Et est cõtradictio affirmatio ⁊ negatio opposite.

Quid ẽ oppõ.

Iste ẽ scd̃us ⁊ vltim⁹ tractat⁹ hui⁹ libri i quo p̃hs determinat de oppositiõib⁹ ⁊ legib⁹ enũciatiõis. Et diuidit̃ i tria capitula. In p̃io determinat de oppõne diffinitiue ⁊ diuisiue. Et p̃io

premittit

premittit vnã suppõnẽ ad intelligendũ diuisiõnẽ oppõnis dicẽs φ oĩ affirmatiõi est negatio opposita: ꝛ oĩ negatiõi ẽ affirmatio opposita. quod pbat: quia qꝺ cõtingit enunciare quod est esse: contingit enunciare qꝺ non est esse. Et qꝺ ꝯtingit enũciare qꝺ ẽ nõ eẽ: ꝯtigit enũciare qꝺ nõ ẽ nõ eẽ. Et addit pħs φ sicut ex pte hui⁹ vbi ẽ pñtis tpis pñt formari quattuor modi enũciãdi. ita ĩ alijs tpibus. s. pterito ꝛ futuro. Et subdit ꝯñter qꝺ qs affirmauerit ꝯtingit et negare. ꝛ qꝺ qs negauerit. ꝯtingit affirmare. ergo oĩ affirmatiõi ẽ negatio opposita. ꝛ oĩ negatiõi affirmatio opposita. Et isto diffinit oppositionẽ sub noĩe ꝯdictiõis: dicẽs φ ꝯdictio est affirmatio ꝛ negatio opposite eiusdẽ de eodẽ: ꝛ nõ equoce. Deinde determiat de spẽb⁹ oppositiõis: ꝛ diuidit ĩ duas ptes. In pma pte pmittit duas diuisiões. Quaꝝ pma ẽ. rerũ alie sũt vniuersalia: ꝛ alie sũt singularia. Uniuersale ẽ qꝺ natũ ẽ pdicari de plib⁹. Singulare ẽ qꝺ nõ ẽ natũ predicari de plib⁹: sed solũ de vno solo: vt plato. Secũda diuisio. enũciationũ qdã ẽ de sbo vniuersali in q̃ enũciat aliqd de aliquo coꝝ q̃ sũt vlia: alia vero est ꝺ sbo singulari: in q̃ enũciat aliqd de aliquo coꝝ q̃ sũt singularia. Cõseqũter determiat de specieb⁹ oppositiõis. Et pmo diffinit ꝯria. dicẽs φ ꝯria sũt in qb⁹ enũciat aliqd. i. aliqꝺ pdicatum affirmatiue vel negatiue de aliquo sbo vniuersali vniuersaliter tento. Unũ terminũ teneri vliter est ipm teneri cũ signo vli: vel ipm teneri distributiue: vt oĩs hõ albus ẽ: nullus hõ alb⁹ est. Sed subcõtrarie dicunt in qb⁹ enũciat idẽ pdicatuz affirmatiue vel negatiue de eodẽ sbo vli nõ vniuersaliter sũpto: vt hõ est aĩal: hõ nõ est aĩal: q̃ ꝫm rez pñt dici ꝯrie. naz indefinita in mã nãli equiualet vli. iõ ꝯtingit subcõtraria esse ꝯria. supple ꝫ legẽ. Deinde remouet vnũ dubiuz: qꝛ quis posset dubitare vtruz terius teneat vliter: qñ a pte sui sbi vel a pte pdicati addit signũ vle. Rñdet φ nulla affirmatio erit vera in qua ꝺ vli vliter sumpto: pdicat vle vniuersaliter sũptũ vt oĩs hõ ẽ oĩ aĩal. Finaliter diffinit ꝯdictoria: dicẽs φ ꝯdictoria sunt affirmatio ꝛ negatio: quaꝝ vna vlr significata: alia vero ñ vniuersaliter. vt iste contradicũt. oĩs hõ albus est: et nõ omnis homo albus est. ꝛ iste. oĩs homo albus non est: ꝛ nõ omnis homo albus nõ est.

Quid ẽ oppõ.

Quid ẽ vle.

Quid ẽ singlar.

Contrarioꝝ diffinitio.

Quid ẽ terium teneri vlr.

Utrum terius teneatur vliter si gno vli addito a parte sbi vl pdicati.

Contradictoriorũ diffinitio.

Lex oppõnũ.

Cõtrarie vo dico opponi vlem affirmationẽ ꝛ vlem negationez: vt oĩs hõ iust⁹ ẽ. nullus hõ iust⁹ ẽ. quo circa impossibile ẽ has qdẽ sil' esse vas. his vo oppositas ꝯtingit in eodẽ sil' esse veras. vt non omnis homo albus est. quidam homo albus est.

Istud est scꝺm caplm in quo pħs determiat de legib⁹ oppositionũ. Et diuidit ĩ tres ptes. In pma determiat de ipsis ostẽdẽdo q̃lr enũciatiões se hñt ad posse eẽ sil' veras aut falsas. Et pmo ponit legẽ ꝯriaꝝ. dicẽs φ impossibile est duas ꝯrias eẽ simul veras. Secũdo dat legẽ subcõtrariaꝝ dicẽs: his vo opposite .i. subcõtrarie pñt simul eẽ vere: ꝛ hoc pbat trib⁹ exemplis. Primũ. hõ ẽ alb⁹. hõ nõ est albus. Secũdũ ẽ. hõ ẽ pb⁹: hõ nõ est pb⁹. iste sunt simul vere: qꝛ si aliqs hõ ẽ turpis nõ est pbus. Tertiũ ẽ de istis. hõ ẽ pulcher. hõ nõ ẽ pulcher. qꝛ si hõ ẽ fed⁹: hõ nõ ẽ pulcher. Tercio dat legẽ ꝯdictoriaꝝ: dicẽs φ in ꝯdictorijs necesse ẽ alterã eẽ verã: ꝛ alterã falsã. ꝛ hoc siue sit in ꝯdictorijs vlium siue singularium. Cõseqũter remouet dubiũ φ licet iste sint sil' vere: hõ ẽ alb⁹. hõ nõ est alb⁹. iste tñ nõ sũt simul vere. ẽ hõ alb⁹: ꝛ nemo ẽ alb⁹. In secũda pte ponit hãc ꝯclonẽ. vni⁹ affirmatiõis est vna negatio opposita. qꝺ pbat. qꝛ illud oꝫ negare negationẽ qꝺ affirmat affirmatio ꝛ ꝺ eodẽ: siue illud idẽ sit vle vniuersaliter sũptuz siue nõ. siue singulare singulariter sũptuz. qꝺ pbat. qꝛ si negatio negaret aliud de eodẽ vel idẽ de alio: tũc talis nõ erit opposita illi affirmatiõi: sed erit ab ea diuersa. Cõsequenter epilogat q̃ dicta sũt dicens φ ex pdictis pꝫ φ oppositaꝝ ppõnũ alie sũt ꝯrie: alie ꝯdictorie: ꝛ alie subcõtrarie. In tertia pte ostẽdit qd sit affirmatio vna ꝛ negatio vna: dicẽs φ affirmatio vna ꝛ negatio vna ẽ q̃ vnũ de vno significat siue sit vle siue nõ. vt oĩs hõ ẽ albus: nõ oĩs hõ est alb⁹. Ex quo infert talẽ ꝯclonez φ enũciatio q̃ est de termio equoco nõ est vna sicut illa in qua ponit nomẽ impositũ ad significãdũ diuersa sicut si tunica imponeret ad significandũ hoiem ꝛ equũ: tũc hec nõ eẽt vera tunica ẽ alba: qꝛ illo casu posito ñ referret dicẽ istã. tunica ẽ alba: ꝛ istas duas hõ ẽ alb⁹ equus ẽ alb⁹. sed iste due nõ sũt ppõ vna sed plures. igit pma erit ppõ plures ꝛ non vna.

Regus oppõnũ diuisio.

Affirmatio vna et negatiõ vna.

Queritur vtrũ spẽs oppositiõnis ꝛ leges eaꝝ sint a pħo sufficienter assignate in textu. Arguit p⁹ φ nõ. qꝛ oppõ subalterna ẽ oppõ: ꝛ tñ nõ assignat hic a pħo. igit. Itẽ oppõ relatiua ꝛ puatiua sũt oppõnes: ꝛ tñ nõ hic assignat a pħo. igit. Scꝺo sic. iste due: ego sũt ioãnes ego nõ sũt ioãnes scripte in pariete opponũt. ꝛ tñ nulla spẽ oppõnis assignata a pħo opponunt. igit. minor pꝫ. qꝛ nõ videt φ opponant alia spẽ oppõnis q̃ oppõne ꝯdictoria: sed hoc nõ: eo φ ambe pñt sil' eẽ vere si a diuersis legãtur: quoꝝ vn⁹ vocet ioãnes ꝛ alius nõ. Tercio sic. iste ꝯdicũt sortes currit ꝛ sortes nõ cur

An spẽs oppõis ꝛ leges eaꝝ bñ in textu ponãt.

tit. ꝛ tñ sīꝰ pñt eē vere. ergo lex ꝫdictoriaꝝ nō est sufficienter assignata. añs pꝫ. qꝛ p quocunq; tpe pōt sortes currere: pōt ēt nō currere: ergo ēt p quocūq; instāti vna pōt eē vera ꝛ reliqua. ¶ Quarto sic. ꝫdictorie pñt sīꝰ eē vere. igit lex ꝫdictoriarū nō est bñ assignata. añs pꝫ. quia iste due ꝫdicūt istis: tribulus ē lapidus: ꝛ iste tribulus nō ē lapidꝰ: ꝛ tñ sūt simul vere. igit. minor pꝫ. qꝛ illud qḋ iudicat ab aliq̄ tota spē ē verū: sed oēs asini iudicāt tribulū eē lapidū: ergo hoc ē verū. Etiā hō q̄ tota ciꝰ spē iudicat hūc tribulū nō eē lapidū: ergo iudiciū ē verū. ꝛ p ꝯñs ista erit vera: iste tribulus nō ē lapidꝰ: ꝛ sic iste due ꝫdictorie erūt sīꝰ vere. ¶ Quinto sic. ꝫdictorie nō repugnāt i falsitate: ergo possūt sīꝰ esse false. añs pꝫ. qꝛ iste due ꝫdicūt. ego dico falsū: ꝛ ego nō dico falsū cū sint singulares diuerse q̄litatis: ꝛ tñ sūt sīꝰ false. igit. minor pꝫ. p̄io q; ista sit falsa: ego dico falsū: qꝛ posito casu q; sortes nullā aliā dicat nisi istā. ego dico falsū: tūc erit falsa cū falsificet seipsā. Probat ēt q; sua negatiua. s. ista. ego nō dico falsū. sit falsa: qꝛ sortes nihil aliḋ dicit q̄ istā ppōnē: ego dico falsū: q̄ cū sit falsa: erit falsū dicē sortē n̄ dicere falsū. ꝛ p ꝯñs hec ppō nō dico falsū: ē falsa: ꝛ sic hēbet ppositū. ¶ In oppositū ē arist. i textu. In q̄ōne sicut in ceteris erūt tres articuli.

De qua oppōne hic logr: an ppō num vel terminorū.

¶ Quātū ad primū sciēdū est primo p declaratiōe diffōnis oppōis. q; solū hic ē sermo de oppōne ppōnū ꝛ nō terminoꝝ quas phs diffinit sub noīe ꝫdictiōis: eo q; ꝫdictio inter oēs oppōnes ē pncipalis oppō. Et iō aduerte q; hec ppō: ꝫdictio ē affirmatio ꝛ negatio opposite nō dꝫ eē copulatiua: qꝛ tūc eēt falsa: nā sensus eēt: ꝫdictio est affirmatio: ꝛ ꝫdictio est negatio. mō q̄libet eaꝝ est falsa: sed est cathegorica de copulato p̄dicato. ¶ Et aduerte q; qñ dr ꝫdictio ē affirmatio ꝛ negatio opposite. ibi est p̄dicatio accītalis ꝛ n̄ eēntialis. nā ꝫdictio fo᷑aliter nō ē nisi repugnātia duaꝝ ppōnū ad esse sīꝰ veras vel falsas. Et dr notanter opposite ad denotandū q; nō q̄lꝫ affirmatio ꝛ negatio est ꝫdictio: sed solū affirmatio ꝛ negatio q̄ hñt repugnantiā ad eē sīꝰ veras vel fl̄as. ¶ Ex quo sequit q; oppō subalterna nō ē ppe oppō: qꝛ est tm̄ affirmatio: vel tm̄ negatio. mō oppō dꝫ esse affirmatio ꝛ negatō. ¶ Et aduerte vlteriꝰ q; oppō dꝫ esse eiusdē de eodē nō nominis tm̄ nec rei tm̄: sed rei ꝛ noīs sīꝰ. ¶ Ex quo seqt q; q̄ttuor ꝯditiōes gñales requiruntur ad oppositionē. Pria q; ppōnes opposite sint d eisdē extremis de eadē copula adeq̄te s̄m rem ꝛ vocē sīꝰ. ¶ Secūda ꝯditio. q; termini supponāt eodē gñe suppōnis. Ex quo seqt q; ille nō opponūt: hō ē spēs: nullus hō ē spēs. ¶ Tertia q; teritteneāt eque ample ꝛ eq̄ stricte. Ex quo seqt q; ille nō opponūt: oīs hō currit. nullꝰ hō

Cōditōnes generales reqsite ad oppōnes.

currit: qꝛ hō in p̄ma supponit tā p viris q̄ pro mulieribꝰ: sed i secūda supponit tm̄ pro viris. ¶ Quarta. q; ppōnes sint de simplici quātitate: ꝛ d simplici copula: ꝛ q; nō sint de ꝯtingēti spāliter dicto: qꝛ si eēnt de ꝯtingēti spālit dcō nō opponerent nisi forte s̄m modū ꝛ nō s̄m legē: vt postea patebit. ¶ Aduerte ēt q; oīo in q̄ ponit terminus equiuocus q̄ casu nō restrictꝰ nō hꝫ ppositionē sibi oppositā: qꝛ non est ppō sed ppō plures. vt illa: canis est sb̄a nō habet contradictoriam: qꝛ non est propositio.

¶ Sciēdū ē scd̄o q; circa dicta īcidunt alique difficultates. Prima difficultas. vtrū arist. faciēs mentionē de ppōnibus oppositis ꝛ legibꝰ eaꝝ locutꝰ fuerit vl̄r de oībus ppositionibꝰ oppositis. Ad quam breuiter respondet q; nō. sed solū de ppositionibus cathegoricis simplicis qualitatis aut quātitatis. falsū. n. est q; vna ꝫrarū ē vniuersalis affirmatiua: ꝛ alia vl̄is negatiua. Similiter de subcōtrarijs ꝛ ꝫdictorijs: vna. n. nō est affirmatiua si sit mixte q̄litatis: ꝫ affirmatiā ꝛ negatiā sīꝰ. Silr dicendū ē de quantitate. loquit ēt phus de ppōnibꝰ oppositis ꝛ legibꝰ eaꝝ que nō sunt diuise de contingēti spāliter capto. nam in illis de contingenti specialiter capto possibile est duas ꝫrias simul esse veras ꝛ subcōtrarias simul esse falsas. vt sunt iste. oīs deus ꝯtingenter nō est deus. ꝛ oīs deus nō ꝯtingenter non est deus q̄ sunt sīꝰ vere. ¶ Et si arguatur: due ꝫrie sunt simul vere: ꝛ ad ipsas sequuntur due particulares que sūt simul vere: ergo due ꝫdictorie sunt simul vere. qḋ est impoīe. Respondet q; non. semper ad contrarias sequūt sue subcontrarie: nec ad vl̄em sua particularis. sed hoc solū hꝫ veritatē in illis que nō sūt de contingenti specialiter capto. Ista. n. vl̄is nullus deus ꝯtingēter nō ē deus ꝯuertibilit se hꝫ cum hac disiunctiua. oīs deus necessario est deus. vel oīs deus impossibiliter ē deus: quo ad veritatē ꝛ falsitatē. Et quicqd seqtur ad disiunctiuā: seqtur ad illā de ꝯtingēti: ꝛ eꝯ. ista enim est affirmatiua infinita de contingenti deus ꝯtingenter est deus. Et similr sua particularis quidā deus contingenter est deus que est subalterna prime videlꝫ huius: nullus deus ꝯtingenter nō est deus ꝯuertibiliter se hñt quo ad veritatē ꝛ falsitatē ꝛ ꝯseq̄ntiā cū ista copulatiua deus nō necessario est deus: ꝛ deus nō īpossibiliter est deus: mō ista copulatiua n̄ seqtur ad disiūctiuā: g°nec ista particularis quidā deus ꝯtingēter ē deus ad suā vl̄em cui subalternat. Ex quo pꝫ istas duas ꝫrias simul eē veras. nullus deus ꝯtingenter ē deus. nullus deus ꝯtingēter nō ē deus. Etiā sb̄cōtrarias deꝰ ꝯtingēter ē deꝰ: ꝛ deꝰ cōtingenter nō est deus simul esse falsas. ille. n.

Aristoteles d quibꝰ ppōnibꝰ h logt.

particulares ɔuertunt adinuicē: nō affirmatiua ē falsa cū copulatiua sibi equalēs est falsa. igit̄ ꝛ negatiua. Dicūt tñ aliq̄ q̄ ppōnes de ɔtingēti specialit̄ capto sūt ypothetice: ſ; h̄ n̄ videt̄ multū pbabile. licȝ tales ppōnes de ɔtingēti specialiter capto inferant ypotheticas: n̄ tamē sunt ypothetice sed simpliciter cathegorice.

Particularis ppō in natura li materia: an equale vli.

¶ Sciendū est tertio q̄ circa textū incidūt aliq̄ difficultates. Prima vtrū pticularis i materia naturali equaleat vli. Et videt̄ q̄ nō: q̄r subordinēt̄ vni ꝛ eidē mētali. g° nō equalēt. R̄ndet̄ breuit̄ q̄ pticularis in materia naturali ꝛ vl'is nō equalent i significādo: q̄r n̄ subordināt̄ eidē mētali neq̄ s̄bā ꝛ p̄dicata eodem mō supponūt: tñ bñ equalent i inferēdo seu in veritate ꝛ falsitate. ꝛ sil'r dicēdū ē de materia remota: ꝛ h° volebat habere Aristo. in textu.

An vna ɔdictoriaꝝ sit vera relīq̄ existēte falsa. vl ecōtra.

¶ Scd'a difficultas ē vtrū si vna ɔdictoriarū sit vera relīq̄ sit falsa vel eɔ. Et vi q̄ non. q̄r pōt esse vna ɔdictoriaꝝ n̄ existēte alia q̄uo scō vna erit v'a ꝛ tñ relīq̄ n̄ erit falsa: cū nō formet̄. R̄ndet̄ q̄ si vna ɔdictoriarū sit vera relīq̄ erit falsa supple si formet̄. Et si q̄s dicat: iste sūt ɔdictorie diu ē q̄ fuisti asin°. ꝛ nō diu est q̄ fuisti asin°. ꝛ tñ sūt sil' false. de p̄ma notū ē: de scd'a pbat̄. q̄r ad eam seq̄t̄ falsa. s. ista nouit̄ fuisti asin°. g° scd'a ē falsa. R̄ndet̄ q̄ ista nō diu est q̄ fuisti asin° est v'a q̄r significat q̄ in nulla pte temporis neq̄ i nullo tpe fuisti asin°: ꝛ negat̄ q̄ ad ip̄m seq̄t̄ vna falsa. puta illa nouit̄ fuisti asin°. Et si q̄s iterū dicat: iste sūt ɔdictorie sortes dicit falsū sortes nō dicit falsū: ꝛ tñ sūt sil' false: posito casu q̄ sortes nō dicat nisi istā ppōnem: sortes dicit falsū: q̄r illo casu posito ē ppositio falsificans seipsam. R̄ndetur q̄ ista ppō: sortes dicit falsū: ꝛ sil'r alie ppōnes falsificātes seipsas nō sūt cathegorice: ſ; sūt ypothetice vt alias magis videbit̄. ¶ Et si q̄s iteꝝ dicat: iste due sūt ɔdictorie caput h̄ȝ oīs hō: ꝛ nullū caput h̄ȝ oīs hō: ꝛ tñ sūt simul false. de p̄ma notū ē de scd'a p̄ȝ: q̄r eius descendētes sunt false puta iste: nullum caput h̄ȝ iste hō vl' iste homo. ꝛ sic de alijs. R̄ndet̄ q̄ ille nō sūt ei° descēdētes ſ; iste: nullū caput h̄ȝ iste hō ꝛ iste hō ꝛ iste hō: ꝛ sic d̄ alijs.

Quot sūt ppositionū oppositiones. Propōnes q̄t mōis dr̄ opponi.

¶ Sciendū est quarto q̄ oppositio ppōnū est duplex: q̄dam est sumpta penes p̄dicata ɔdictoria: p̄uatiua vl' ɔdictoria. vt sortes ē san'. sortes ē eger: sortes ē cec°: sortes ē vidēs: sortes ē currēs: sortes ē nō currēs. ꝛ de ista nō ē hic sermo. Alia ē oppositio data penes modos enūciādi oppositos. ꝛ de ista est hic sermo ꝛ nō de alia. ¶ Et aduerte vlteri° q̄ ppōnes dicūt̄ adhuc opponi dupl'r. Vno mō pp̄e q̄r sūt de opposito mō enūciādi p̄dicatum de s̄bo. vt iste due: quilibet hō ē alb°: ꝛ null° hō est alb°. Alio mō nō q̄tū ad modū enūciādi ſ; q̄tum ad legē: q̄ sic se hñt q̄ sūt ppōnes cathegorice vtroq̄ t'mīo participātes s̄m eūdē t'mīnū q̄b° q̄tū ē de forma eaꝝ repugnat q̄ sint sil' vere vel false. ꝛ h̄ pportionalit̄ ad leges. vt iste ppōes: nullus hō currit. iste hō currit. Supponit̄ vlteri° q̄ p leges oppositionis n̄ intelligit̄ nisi regula vl' natura ppōnū oppositaꝝ. ita q̄ lex ɔriaꝝ nō est aliud q̄ natura vl' regula ɔrioꝝ. vñ q̄ndo d̄r q̄ lex ɔrioꝝ est talis q̄ impossibile est ɔrias sil' eē v'as: dȝ sic itelligi q̄ si due ppōnes ɔrie adinuicem sint in reꝝ natura: si vna ē vera relīq̄ est falsa. vel sic: duaꝝ ppōnum adinuicem ɔriaꝝ impossibile est vnā eē verā q̄n relīq̄ sit falsa si formet̄. ꝛ eodē mō dicēdū est de alijs legibus. ¶ Ex quo p̄ȝ q̄ ppōnes adinuicē ɔrie sic se habēt adinuicē q̄ eis formaliter repugnat gratia forme acceptionis terminoꝝ stare sil' i veritate. Unde ille ppōnes dicunt̄ adinuicē repugnare in v'itate: q̄ nō possūt sil' esse vere. ſ; ille dicūtur repugnare formaliter in v'itate q̄ sic se habent q̄ nec ipe nec sibi similes i forma possunt simul esse vere. Unde ex parte forme ppositionis se tenēt qualitas: q̄ntitas: similitudo copulaꝝ: ꝛ extremorum numerus ꝛ situs terminorum. Et hec de primo articulo.

Quid p legē cō trariaꝝ itelligit.

¶ Quantū ad scd'm articulū dubitatur p̄mo vtrū due ɔrie possint sil' eē vere. Et videt̄ q̄ sic. naȝ iste sunt ɔrie: omnis hō ē aīal. omnis hō aīal nō ē. ꝛ tamē sūt sil' vere. ¶ Pro solutione est aduertēdū q̄ ad ppōnes adiuicē eē ɔrias plēs ɔditiones reqrūt̄. quartū. ¶ Prīa est q̄ ppositiones adinuiceȝ ɔtrarie pticipant vtroq̄ termino s̄m eundē ordinē: id est q̄ habeāt subiecta ꝛ p̄dicata sinonima. ¶ Secunda cōditio q̄ tales ppōnes sint diuersaꝝ qualitatum: ad talē sensuȝ videlicet q̄ q̄libȝ copula principalis negat̄ i vna: affirmet̄ in alia. ꝛ econuerso. ¶ Ex quo sequit̄ nullas affirmatias esse cōtrarias adinuiceȝ. Seq̄uit̄ etiā nullas negatiuas adinuicē esse cōtrarias. Tertio seq̄tur q̄ stat ppositiones adinuicē cōtrarias esse eiusdē qualitatis in gn̄e: licet nō in specie. vt patet de istis duab° q̄ sūt mixte q̄litatis. omis hō ē vel nō est albus: oīs homo nō est vl' est albus. ¶ Tertia ɔditio q̄ termi nō accipiant̄ equoce. n̄ dissimiliter restringant̄: neq̄ amplīēt neq̄ dissimilit̄ appellēt suas rōes formales. ppter scd'ȝ iste nō sūt ɔrie: oīs hō currit. null° hō currit. q̄r dato q̄ sole mulieres essent ꝛ q̄lȝ curreret: ꝛ null° vir esset. tūc iste essent vere: oīs homo currit. ꝛ null° hō currit. nam i ista nullus homo currit. ly hō restringit̄ ad standum tm̄ p viris. Propter defectū tertie pticule iste nō ɔriant̄: nihil q̄d est vel fuit hō ē ens. oīs hō est ens. eo q̄ ly hō i negatiua ampliatur: ꝛ nō in affirmatiua. Propter quartū defectū iste nō cōtrariant̄: oīs hō sedentē percutit. nullus hō pcutit sedētē: q̄r in aliquo casu pñt simul esse vere. Similiter iste nō contrariantur: omnis

An due ɔrie pos sint sil' eē vere. cōditiō nes req̄ site ad p pōnes ɔtrarias. Prima Scd'a.

Tertia.

hō venientem cognoscit. oīs hō nō cognoscit venientē. q₂ posito q̄ qlibet homo habeat ꝯceptū entis. ⁊ null' hō habeat ꝯceptū venientis: ꝯdicte simul eēnt vere. ℭ Quarta ꝯditio ē q̄ tales ꝓpōnes pl' habeāt de vlitate q̄ᵐ de particularitate. qđ dꝫ itelligi ad sensū ꝯditionalē sic q̄ si in eis ponātᷣ vlitates ⁊ pticularitates numer' vlitatū dꝫ excedē numeꝝ pticularitatū. Unū vlitas ē termin' cōis distribut' nō ex̄ns ps alicui' ꝯpleti vnica acceptōe accepti. vt i ista oīs hō ē aīal ly hō dꝫ teneri vlr. Dꝫ notāt non existens ps ꝯpleti vnica acceptiōe accepti: q₂ ly hoīe i ista fortes differt ab hoīe nō ē vlitas: q₂ ē ps completi vnica acceptōe accepti. Ad uertē q̄ ad vlitatē rqrit q̄ n̄ sit ꝯpletū diuersis acceptionib' acceptū: q₂ ħ totū hoīs asin' i ista ꝓpōne cuiuslibet hoīs asin' currit nō ē vlis. ß solū ps ei' scꝫ ly hoīs. ß in ista cuiuslibet asin' hoīs currit. ly hoīs asin' ē vlitas q₂ ē completū vnica acceptiōe acceptū. ß hoīs asin' ē ꝯplexū diuersis acceptiōib' acceptū. mō regula ē i oppōnib' q̄ qn̄ in aliq̄ ꝓpōne ponit̄ completū vnica acceptiōe acceptū dꝫ computari ꝑ vlitate vł particularitate. ℭ Quinta ꝯditio. si in ꝓpōne affirmatiua ponat̄ vna pticularitas in negatiā sibi opposita nulla dꝫ poni pticlaritas defectu cui' iste nō sūt ꝯtrarie adinicē oīs hō ē aīal. oīs hō aīal nō est. ⁊ ꝑ hoc soluit̄ ratio q̄ prius fiebat. Nec iste oī tpe risibile ē oīs hō: oī tpe risibile nō est oīs hō: eo q̄ sunt simul vere. ℭ Sexta ꝯditio q̄ qlibet pticularitas in vna sit vlitas in alia vł pticularitas n̄ ē nisi t̄min' cōis stans ꝯfuse tm̄ vł dēteriate nō ex̄ns pars completi vnica acceptōe accepti. nec ex̄ns aggregatū ex diuersis ptib' diuersis acceptōib' acceptis defectu cui' iste nō ꝯ̄riant̄ cuiuslibet hoīs asin' currit cuiuslibet hoīs asin' nō currit cū possint simul eē vere: posito q̄ qlibet hō haberet duos asinos quoꝝ vn' curreret ⁊ ali' n̄ curreret. ℭ Septima ꝯditio. si i hmōi ꝓpōib' ponat̄ disiunctū copulatū vł ꝯditionatū qđ i ambab' accipit̄ vnica acceptione totuꝫ debet distribui vł si solū p̄ma ps distribuat̄ i alia negatio dꝫ ferri ad ꝯiunctiōnē defectu cui' iste nō ꝯ̄riant̄ adinuicē oīs hō vel asin' currit: oīs hō vł asin' nō currit distribuēdo solū p̄mā ptē disiuncti. ℭ Octaua ꝯditio. q̄ si in hmōi ꝓpōnib' ponant̄ modi ad copulā rq̄rit̄ q̄ hmōi ꝓpōnes etiā sint ꝯ̄rie ex pte modoꝝ. dfectu cui' iste n̄ ꝯ̄riant̄: oēm hominē possibile ē currere. oēm hoīem possibile est nō currere. nec iste oīs homo aliqn̄ currit. oīs homo aliqn̄ nō currit. ℭ Ex istis sequitur q̄ nō oīs ꝓpositio hꝫ ꝯtrariā sed solum illa in qua ponit̄ aliq̄ vlitas. Sequitur scđo q̄ oīs ꝓpō in qua ponit̄ aliqua vlitas hꝫ ꝯ̄riam: capiendo ꝯtrarietatem large. ℭ Ex hoc sequit̄ q̄ đ quolibet t̄mīe ꝗlitatis: dabilis ē ꝓpositio hñs cōtrariam. De vli vt ista: oīs homo est aīal. hꝫ istam sibi ꝯtrariam. oīs hō nō ē aīal. đ pticulari. vt aliqs homo est oē aīal: hꝫ istam sibi ꝯtrariaꝫ: nullus hō est aīal. de indefinita vt ista. hō est oē aīal: hꝫ istam sibi ꝯtrariam omnis homo nō est animal: ⁊ sic đ aliis.

ℭ Dubitat̄ scđo vtrū due cōtradictorie possint sim̄ eē vere vel false. ⁊ arguitur q̄ possint sim̄ esse vere. nā iste due ꝯ̄dicunt fortes currit. fortes non currit. ⁊ pn̄t sim̄ eē vere. q₂ ꝑ illo instāti i quo vna pōt eē vera: etiā reliq̄ pōt eē vera: g' pn̄t sim̄ eē vere. ℭ Pro solutiōe supponit̄ q̄ ad ꝯ̄dictorias misce ꝯditiōes rq̄runt̄ a posteriori. ℭ Prima q̄ pticipēt vtroq₃ termio: ordine codē. ℭ Secūda q̄ t̄mi n̄ dissimilr restrigāt̄: ampliant̄: ⁊ appellent suas rōes formales. dfectu p̄mi iste nō ꝯ̄dicūt: oīs hō currit. qdaꝫ hō nō currit. defectu scđi iste nō ꝯ̄tradicūt: oīs hō aīal fuit. hō n̄ fuit aīal. q₂ ly aīal i affirmatiua ampliat̄: ⁊ nō in negatiua: defectu tertij iste n̄ ꝯ̄dicūt: nullus hō cognoscit veniētē. qdā hō veniētē cognoscit. cū possint sim̄ eē ve. ℭ Tertia ꝯditio: q̄ si i talib' pōat̄ vlitas ⁊ pticlaritas q̄ hēant eq̄ de vlitate sic đ pticlaritate. ℭ Quarta ꝯditio ē. q̄ qlibet terius distribut' i vna ꝯ̄dictoriarū: n̄ dꝫ distribui i alia: ⁊ si n̄ distribuat̄ i vna dꝫ distribui i alia. ⁊ ħ nisi talis terius sit determinatio accepta vnica acceptiōe cū suo determinabili: q₂ si sic distribuat̄ i vna distribuet̄ in alia. ⁊ si nō distribuat̄ i vna n̄ distribuet̄ i alia vt i illis fortes vidēs oēꝫ hoīeꝫ currit: fortes vł dēs oēm hoīeꝫ nō currit. ℭ Quinta ꝯditio. si i vna ꝯ̄dictoriaꝝ pōat̄ aliqs terius stās ꝯfuse ⁊ distributiue a pte vni' extremi i ordie ad aliū terium supponētē ꝯfuse tm̄: tūc ille terius q stabat ꝯfuse ⁊ distributiue dꝫ stare dēteriate i alteraꝫ dictoriaꝝ: vt oīs hō ē aīal hō nō ē aīal. ℭ Sexta ꝯditio. si aliqs terius accipiat̄ ꝯfuse ⁊ distributiue i vna ꝯ̄dictoriaꝝ a pte vni' extremi i ordie ad aliū terium supponētē dēteriate a pte alteri' extremi. tūc i altera ꝯ̄dictoriaruꝫ dꝫ stare ꝯfuse tm̄. defectu cui' iste nō ꝯ̄dicunt fortē videt oīs asin': asin' non videt fortem. ℭ Septima ꝯditio. si i vna ꝯ̄dictoriaꝝ pōat̄ termin' collectiue accept' q̄ ēt i reliq̄ teneat̄ collectiue vt hic oēs apl'i dei sūt duodecim: nō oēs apl'i dei sūt duodeci. ℭ Ex quo pꝫ q̄ dabiles sūt due ꝓpōnes ꝯ̄dictorie de extremis cōib' totalib' quoꝝ neutrū tenet̄ distributiue. Et hec ꝯditio ꝓbabilit̄ ponit̄. ℭ Octaua ꝯditio. si aliqs terius suppōat ꝯfuse tm̄ respectu ꝓprij signi ꝯfusiui i ꝯ̄dictoria dꝫ supponere ꝯfuse et distributiue distributiōe incompleta seu distributiōe opposita suppositioni confuse tātū. vt ista promitto tibi equum: cuius ꝯtradictoria est ista. ego nō ꝓmitto tibi equū ⁊ non ista nullū equū tibi ꝓmitto: q₂ tūc due ꝯtradictorie essent simul vere. ℭ Nona cōditio. si tales

Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua.

Due ꝯ̄dictorie vtꝝ possint simul eē vere vł false. Cōditiones requisite ad ꝯ̄dictorias. Prima. Secūda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua. Nona.

ppõnes sint modales: oȝ ꝙ sint de modis ꝯdi ctorijs defectu cuiꝰ iste nõ ꝯdicũt oẽ ens ẽ necessario ẽ ens: ens impossibilr est ens. ¶ Decima ꝯditio. si i hmõi ppõnibꝰ põat distinctũ copulatũ vł ꝯditionatũ ꝙ si illõ totũ distribuat i vna ꝛ pticulariȝet i alia: ꝛ si solũ pma ps distribuat ꝙ tũc i alia pte pticulariȝet: ꝛ ꝙ negõ ferat supra ꝯiũctionẽ. Uñ distribuẽdo totũ distinctũ iste ꝯdicũt ois hõ vel asinus currit hõ vel asinꝰ nõ currit sed distribuẽdo solũ pmã ptẽ distinctĩ ꝯdictoria pme ẽ ista: hõ nõ vel asinus currit. ¶ Istis suppositis suppõit finalit ꝙ ꝯdictorias posse eẽ siꝉ veras põt dupłr itelligi: vno mõ vt ly siꝉ determiat ly põt: ꝛ sic pñt siꝉ esse vere vel vt determiat ly eẽ: ꝛ sic nõ pñt siꝉ esse vere: ꝛ per hoc soluitur ratio que prius fiebat.

Contra dictorias sił eẽ veras qꝰ c mõis in colligit.

¶ Dubitat tertio vtrũ due subcõtrarie pñt siꝉ eẽ false.

Dubiũ de falsitate duarũ subcõtrariarum.

¶ Dubitatur secundo utrum ab affirmatiua ad negatiuam subiecto manente eodem et predicato variato penes finitum et infinitum valeat consequentia: et videtur quod non: quia non sequitur sortes fuit non albus: ergo sortes non fuit albus: quia antecedens potest esse verum consequente existente falso: nam posito casu quod sortes ante heri fuerit niger: et postea albus, antecedens est verum et consequens falsum. Item non sequitur sortes erit non albus: ergo sortes non erit albus proportionabiliter ponendo casum sicut prius. Item non sequitur sortes potest esse non albus: ergo sortes non potest esse albus. Respondetur breuiter quod arguendo ab affirmatiua ad negatiuam tali modo bene valet consequentia aliquibus conditionibus obseruatis. ¶ Prima quod totum predicatum infinitetur: ideo non sequitur: sortes videt non equum: ergo sortes non videt equum. ¶ Secunda quod in affirmatiua addatur ista particula in qualibet parte temporis presentis si sit copula presentis: vel preteriti si sit preteriti: vel futuri si sit futuri, ut sic arguendo sortes in qualibet parte temporis preteriti fuit albus: ergo sortes non fuit albus. ¶ Tertia quod si arguatur in modalibus debet obseruari quod negatio ponatur post modum: ut sic arguendo: sortes potest esse non albus: ergo sortes potest non esse albus, et per hoc soluuntur instantie. ¶ Sed quereret aliquis utrum ab affirmatiua ad negatiuam predicato manente eodem et subiecto variato penes finitum et infinitum valeat consequentia. Respondetur breuiter quod bene valet consequentia quando predicatum est terminus singularis et due copule addatur ista particula in qualibet parte temporis presentis preteriti et futuri proportionabiliter ad copulam: ut bene sequitur non album pro qualibet parte temporis presentis est sortes, ergo album non est sortes: quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. ¶ Si secundo si predicatum sit terminus communis non valet consequentia: ut non sequitur non album in qualibet parte temporis presentis est ens: ergo album non est ens. ¶ Etiam non sequitur: in secana sunt non pisces: ergo in secana non sunt pisces, nam ibi arguitur ab affirmatiua ad negatiuam variando secundum penes finitum et infinitum et non variando predicatum cum non pisces sit secundum. ¶ Dicitur tertio quod a negatiua ad affirmatiuam predicato manente eodem et subiecto variato penes finitum et infinitum non valet consequentia respectu etiam quorumcumque terminorum, ideo non sequitur albus non est sortes: ergo non album est sortes.

An hec consequentia sit bona sortes est homo mortuus ergo non est homo. Iste terminus

¶ Dubitatur tertio utrum valeat ista consequentia: sortes est homo mortuus: ergo sortes non est homo: et ista sortes est homo mortuus: ergo sortes est homo et est mortuus. ¶ Respondetur breuiter quod iste terminus mortuus potest capi dupliciter, vno modo nominaliter: et sic tantum valet sicut carens vita, id est anima aptum natus tamen recipere eam: et sic dico quod ly mortuum respectu hominis vel animalis est determinatio distrahens alienans vel diminuens: et sic capit philosophus in tertio cum dicit quod mortuum distrahit de ratione hominis: imo est determinatio totaliter repugnans homini vel animali sicut eccum est determinatio repugnans lapidi, et tunc dico quod ista est vera homo mortuus non est homo: quia tunc homo mortuus importat rationem impossibilem: modo de ratione impossibili nihil potest dici vere: et tunc etiam bene sequitur sortes est homo mortuus: ergo sortes non est homo: sed non sequitur sortes est homo mortuus: ergo est homo et mortuus: quia tunc est repugnantia in adiecto. ¶ Alio modo capitur ly mortuus participialiter veniens de morior moreris, et tunc valet sicut corruptus corrupta corruptum: et tunc non est determinatio distrahens, imo potest addi et cum ly homo ut communiter dicimus aliquis homo est mortuus, adam est homo mortuus et tunc habet vim ampliandi sicut alia participia preteriti temporis, et tunc dico quod ista est vera et conceditur: adam est homo mortuus. Et dico quod bene sequitur adam est homo mortuus: ergo adam est homo: et est mortuus. Et si quis dicat ista est falsa adam est homo cum subiectum pro nullo supponat. Dico quod est vera ut alias visum est, et quod ad propositiones necessarias non requiritur quod termini supponant pro aliquo existente. Dico tamen consequentia non est formalis: sed solum materialis: quia ad bene arguendum coniunctis ad diuisa requiritur quod determinatio non sit ampliatiua ut visum est. Et hec de secundo articulo.

mortuus quot modis capitur.

¶ Quantum ad tertium sit conclusio responsalis a negatiua ad affirmatiuam, et contra subiecto manente eodem et variato predicato penes finitum et infinitum est bona consequentia conditionibus tamen aliquibus obseruatis ut visum est in secundo articulo. ¶ Ad rationes. Ad primam patet solutio, nam totale predicatum non infinitatur. ¶ Ad secundam, dicitur quod nullo homine existente ista est adhuc vera: homo est albus vel non albus ut visum est in secundo articulo. Dico etiam quod non sequitur homo est non albus, ergo homo est. Et similiter dicatur ad tertiam. ¶ Unde propositionem negatiuam nihil supponere potest intelligi dupliciter. Uno modo quia termini non supponant: et sic non intelligitur hic. Alio modo quia ad eius veritatem sufficit subiectum pro nullo supponere. ¶ Ad quartam dicitur quod ille premisse primo et per se habent inferre affirmatiuam. ¶ Ad quintam patet solutio in secundo articulo. Sequitur tertius.

Conclusio responsalis de supradictis questiis.

Quo intelligitur propositionem negatiuam nihil supponere.

¶ His vero determinatis prospiciendum est quemadmodum sese habeant affirmationes et negationes ad se inuicem: hec scilicet que sunt de possibili esse et non possibili esse: et contingere et non contingere: et de impossibili et necessario.

Iste est scd'us tractat' huius libri in quo determiat de opponib' et equipolletijs ppõnũ modaliũ. Et diuidit in tria capla. ¶ In p° determiat de oppõne ppõnũ modaliũ mouẽdo talẽ dubitationem vtrũ ad hñdũ 3dictionẽ in modalib' negatio sit ferẽda ad vbũ vel ad modũ. Et p° arguit q ad vbũ qr i illis de inesse sumit 3dictio ponẽdo negatiõnẽ ad vbũ: ergo silr i modalib'. añs pbat et explicat p° in illis de est scd'o adiacẽte: qr negatio isti' hõ ẽ: ẽ ista. hõ nõ ẽ vel nõ ẽ hõ ¶ Secũdo pbat i illis de est tertio adiacente qr negatio isti' ẽ hõ alb'. ẽ ista nõ ẽ alb' hõ. et nõ ista ẽ. nõ alb' hõ. ¶ Deinde pbat i alijs ppõnib' de verbo adiectiuo: qr negatio isti' ambulat hõ est ista: nõ ambulat hõ et nõ ista: ambulat nõ hõ. ¶ Ex qb' cõcludit phs q si sit simile in illis de inesse: et modalib'. negatio isti' possibile est ẽẽ erit ista possibile ẽ nõ ẽẽ et nõ ista nõ poẽ est ẽẽ. ¶ In oppositũ arguit: qr si 3dictio i modalib' ẽẽt sumẽda ponẽdo negatiõnẽ ad verbũ et nõ ad modũ sequeref q 3dictoria ẽẽnt sil' vera. 9ñs est impoẽ. 9ñam probat. qr idẽ ẽ possibile ẽẽ et poẽ nõ ẽẽ: vt oẽ qd poẽ ẽ ẽẽ vel ambulare poẽ ẽ nõ ẽẽ vel nõ ambulare. Consequẽter soluit hãc dubitationẽ dicẽs q negatio isti' poẽ est ẽẽ est ista: nõ possibile ẽ esse. et silr dicat i alijs modis: ita q ad dandũ 3dictionẽ in modalib': saltẽ eiusdem modi negatio ẽ ferẽda ad modũ qd pbat p° tali rõne. sicut se hñt esse et nõ ẽẽ i illis de inẽẽ ita se hz mod' i modalib': sed in illis de inesse sumit 3dictio ponẽdo negatiõnẽ ad esse ita in modalib' sumit 3dictio ponẽdo negatiõnẽ ad modũ. maiorẽ pbat. qr sicut ẽẽ et nõ esse in illis de inesse sunt appositiões hoc est copule et sbm et pdicatũ sũt res sbi. i. sũt illa inter que copula copulat. sic i modalib' ẽẽ et nõ esse sũt subiecta. i. determiabilia. et modi. s. cõtingẽs possibile impossibile et necesse sunt appõnes q sunt determinatiões vbo4 illo4. Et sicut in illis de inesse ex parte esse vel nõ esse sumitur veritas et contradictio: et isti' forte poẽ ẽ esse negatio est in ista: forte nõ possibile est esse: et proportionabiliter dicatur de alijs.

Quo hic 3dictio i modalibus.

¶ Cõseqñtie vo sc3 ordinez fiũt ita a ponẽtib'. illi. n. q est poẽ ẽ ẽẽ: illa q est 3tingit esse. et hec illi 9uertit et nõ ĩpossibile esse et non necesse esse.

De 9se quẽtijs et eqpollẽtijs ppõnum modalium.

In isto scd'o caplo determiat phs de eqpollẽtijs et 9ñtijs ppõnũ modaliũ. et p°mo sm opinionẽ antiquo4 dicẽs: q antiqui ordinauerũt ppõnes modales i p°mo rotulo sm exigẽtiã hui' dictiõis amabim'. et in scd'o sm exigentiã huius dictiõis edentuli. Deinde determiat sc3 eius opinionẽ dicẽs: q ppõnes de possibili et 3tingenti eqpollẽt ppõnib' de impossibili mõ vnius affirmato et alteri' negato: vt iste due equipollẽt forte ĩpossibile est ẽẽ et forte nõ possibile ẽ ẽẽ. Silr iste forte poẽ est ẽẽ et forte nõ impossibile ẽ ẽẽ: ita q vult ordinare ppõnes modales de p°mo rotulo sm exigẽtiã hui' dictionis amabimus: et ppõnes de scd'o sm exigentiaz hui' dictiõis edẽtuli. Ex quo seqt q antiqui male ordinauerũt ppõnes de possibili et necessario in p°mo et scd'o rotulis: qr ille de necessario sic ab ipsis ordinare nõ equipollẽt illis d possibili in illis duab' p°mis lineis: vt ista nõ necesse est ẽẽ in p°ma linea nõ eqpollet isti poẽ ẽ esse. nec ista nõ necesse est nõ ẽẽ nõ equipollet isti possibile ẽ nõ ẽẽ in scd'a linea. Qd pbat trib' rõnib'. ¶ Prima. iste sunt sil' vere necesse nõ esse et nõ necesse ẽẽ: et sequunt adinuicẽ cu3 possint dici subalterne: cũ ergo possibile ẽẽ in p°ma linea et necesse nõ ẽẽ de tertia linea cõtradicãt. seqt q iste nõ equipollẽt nec sũt i cadẽ linea possibile esse et nõ necesse ẽẽ. et p 9ñs male ponunt in prima linea. ¶ Secunda rõ. necesse et impossibile opponunt contrarie: ergo equipollent ponendo negatiõnẽ ad dẽm: et postponendo modo sicut ille de inesse postponendo negationem signo vniuersali eqpollent: ergo si in primo ordine negetur impossibile et affirmetur eius dictum: et negabit necesse et cũ hoc eius dictum. ¶ Tertia rõ. si sic iste cõtradicerent: necesse non esse de tertia linea et nõ necesse esse de prima qd est falsu3. qr tũc due 3dictorie sequerentur seinuicem qd est impossibile. 9ña probat. qr bene sequit necesse esse: ergo possibile esse. si ergo sequat possibile esse. ergo non necesse esse. ergo de p°mo ad vltimũ sequeretur necesse esse. ergo nõ necesse esse qd est falsum. Ex quibus sequitur q antiqui male ordinauerunt propositiões de possibili et necesse in primo et secũdo rotulis.

An antiqui bñ ordinauerint ppõnes d p°mo et 2° rotul'.

¶ Dubitabit aũt aliqs si illd qd ẽ necessariũ esse poẽ seqt. nã si nõ seqt 3dictorie seqt nõ poẽ esse. et si qs nõ hãc dicat 3dictionẽ esse necesse est dicere possibile est non esse: sed vtreq3 false sunt de necesse esse.

¶ In hoc capitulo philosophus soluit vnam dubitationẽ: vtrũ ad necesse ẽẽ sequat possibile esse. Et arguit primo q sic. qr si ad necesse esse non sequatur possibile esse: tunc oppositũ consequentis scilicet non possibile esse stabit cum necesse esse quod est falsum cum sit contrarium antecedentis. Deinde arguit ad partem negatiuã illud qd põt esse põt nõ esse. Si ergo ad necesse esse sequatur possibile esse et

Utrum ad necẽ ẽẽ sequat poẽ ẽẽ.


ad possibile eē seq̄t pōle nō eē. sequit̄ de p̄io ad vltimū ad necesse eē pōle nō eē: ꝛ p ꝯn̄s ñ necesse eē q̄re vnū ꝯdictorioꝝ sequet ad reliquū. ¶ Soluit dictā dubitationē dicēs ꝙ nō oē pōle hoc ē nō ois potētia valet ad opposita sed sūt aliq̄ potētie q̄ nō sūt ad oposita: iō ponit vnā diuisionē potētiaꝝ. s. ꝙ q̄dā sūt rōales ꝛ q̄dā irrōnales: rōnales vt potētie hūane: et ille p̄nt ad oppositā. irrōnales sūt duplices: q̄dā sūt semp in actu vt ignis semp ē̄ actu calefaciēdi: ꝛ ille nō p̄nt ad opposita. Alie sūt q̄ q̄nq̄ȝ sūt in actu ꝛ q̄nq̄ȝ i potētia: ꝛ tales p̄nt in opposita sicut sūt potētie aīaliū alioꝝ ab hoie ¶ Ex quo soluit dubitationē dicēs ꝙ ly pōle capit̄ dupliciter. Uno mō large p oī illo qd̄ nō īplicat ꝯdictionē eē. Alio mō stricte p illo qd̄ pōt eē ꝛ nō eē. vn̄ pōle p̄mo mō est magis cōe q̄ ly necesse eē: iō hoc mō ad necesse eē sequit̄ possibile: sed nō eꝯ. Etiā nō seq̄t pōle secūdo modo captū. ¶ Ex quo infert aliā diuisionē dicēs ꝙ entiū q̄dā sūt q̄ semp sūt actu vt deꝰ ꝛ itelligētie. Quedā q̄ q̄nq̄ȝ sūt i actu ꝛ q̄nq̄ȝ i potētia sic sūt corruptibiles ꝛ i illis potentia nālīter pōr ē actu: ꝛ actꝰ posterior via ḡnationis: lȝ sit pōr via pfectiōis: iō actꝰ simplr̄ p̄cedit potētiā. Alia sūt entia q̄ nūq̄ȝ sūt i actu pfecto seu iesse permanenti sicut est motus.

Põruȝ diuisio.

Irrōnalis potētie acceptiones.

Pōle ē duplex.

Entiū acceptiones.



Ueritur vtrū ad habendum ꝯdictionē in modalibꝰ necesse sit ferre negationē ad modum. ¶ Et arguit̄ p̄ꝰ ꝙ nō. iste sunt ꝯdictorie sortē possibile est currere. sortē pōle ē nō currere: ꝛ tn̄ negatio i nulla fert̄ ad modū. igitur. maior pbat̄: q2 sūt singularis affirmatiā ꝛ singularis negatiua similiū sbōꝝ ꝛ p̄dicatoꝝ: ergo ꝯdicūt adinuicē. ¶ Scdō sic arguit̄. sicut eē̄ i illis de inesse: ita ē i modalibꝰ: sed ad dādū ꝯdictionē i illis de inesse negatio ferēda ē ad vbū: ergo ēt i modalibus. ¶ Tertio sic ar. iste ꝯdicūt adinuicē sortes necessario ē currēs: sortes possibiliter nō est currēs: ꝛ tn̄ in neutra earū negatio fert̄ ad modū. igit̄. ¶ Quarto sic arguit̄. iste nō sūt ꝯdictorie sortes ē de necessitate currēs: sortes ē nō de necessitate currēs: ꝛ tn̄ negatio fert̄ ad modū. igit̄. Ad habēduȝ ꝯdictionē i modalibꝰ nō ē necesse negationeȝ ferri ad modū. minor ꝛ ꝯn̄a note sunt. maior pȝ. q2 ambe sūt affirmatiue: ꝛ p̄nt sil' esse false posito casu ꝙ sortes nō sit. ¶ Quinto sic arḡt. iste nō sūt ꝯdictorie ens nō possibilr̄ ē deꝰ ens possibilr̄ ē deꝰ cū sint sil' vere: ꝛ tn̄ negatio fert̄ ad modū. igit̄. ¶ In oppositū ē aristoteles i textu: in q̄ne sicut i ceteris erunt tres articuli.

Mōo in modalibus h̄r ꝯdictio

¶ Sciēdū ē p̄io ꝙ p declaratione q̄onis supponit̄ p̄mo ꝙ ppō cathegorica ē duplex. s. modalis ꝛ de inesse. Modalis ē cuiꝰ copula ē modificata aliquo istoꝝ modoꝝ. s. pōle ipossibile ꝛc̄. Sed ppō de iesse ē illa cuiꝰ copula nō ē modificata aliquo istoꝝ modoꝝ p̄dictoꝝ vt sortes ē albꝰ: ꝛ dī de iesse seu de simplici iherentia. q2 p̄dicatū denotat̄ inesse simplr̄ sbō: vel q2 copula nō ē modificata vt hō ē albꝰ: denotat̄ p̄dicatū simplr̄ iesse sbō: sȝ cū dico hoīem pōle ē eē albū denotat̄ albū possibiliter iesse hoī. Supponit̄ scdō ꝙ isti modi. s. possibile ipossibile ꝯtingēs ꝛ necesse p̄nt capi dupliciter. vno mō scdē itētionalr̄ put dicūt possibilitatē ꝯtingētiā vel ipossibilitatē vel necessitatē ppōnis. Et sic accipiūt̄ i modali ꝯposita: vt dicēdo sortē currere est pōle ibi denotatur ꝙ talis ppō ē possibilis. Alio mō capiunt̄ p̄me intētiōalr̄: ꝛ hoc duplr̄. vno mō cathegorematice put dicūt possibilitatē ꝯtingētiā ipossibilitatē aut necessitatē entis: ꝛ isto mō ñ faciūt ppōnē modalē: sed sūt dr̄e entis. Alio mō capiūt̄ sincathegorematice vt sūt ppa signa solū denotātia possibilitatē ꝯtingētiā impossibilitatē aut necessitatē vniōis p̄dicati cū sbō: ꝛ isto mō faciūt ppōnē modalē. Sȝ restat vna difficultas qd sit copula i ppōnibꝰ modalibus. R̄ndet̄ ꝙ duplex ē modꝰ dicēdi: vnꝰ dic̄ ꝙ aggregatū ex v̄bo ꝛ mō est p̄ncipalis copula ꝛ ꝙ modꝰ ē pars copule: ita ꝙ si modꝰ sit noīalis aggregatū ex mō: ꝛ hoc v̄bo est ꝛ verbo infinitiui modi ē copula. Si vo modꝰ sit aduerbialis aggregatū ex mō: ꝛ isto v̄bo est copula. ꝛ dicit iste modꝰ ꝙ aliq̄ sūt ppōnes ꝯdictorie que nō sunt de synonimis copulis. Alius est modꝰ magis pbabilis q tenet ꝙ sic signū vle vel p̄ticulare additū sbō vel p̄dicato nō ē pars sbī. sed determiatio eius sic in modalibꝰ diuisis: modus est determiatio copule se tenēs ad copulā sic h̄mōi sincathegoremata ois n̄ras ad sbm: ꝛ ꝙ nō sūt ptes copule: sed solū determinatiōes eaꝝ. Et sic copula i modalibꝰ q̄n modus tenet̄ noīaliter est aggregatū ex isto v̄bo est: ꝛ v̄bo infinitiui modi. Et h̄ si modꝰ sumat̄ in ꝯcreto. Sed si modꝰ tenet̄ aduerbialiē vel modus noīalit̄ i abstracto: tūc est copula: ꝛ sic s̄m istū modū oēs ppōnes ꝯdictorie ꝛ equipollētes adinuicē habēt copulas synonimas.

Propōnis cathegorice acceptiões

Quid i propō modal.

Quid ē ppō de inesse.

Quid ē copula i ppōnibꝰ modalibꝰ.

Dicēdi modus est duplex.

¶ Sciēdū ē scdō ꝙ circa textū icidūt aliq̄ difficultates. ¶ P̄ria. an ppō modal' ꝛ ppō d' iesse distinguāt̄ spē: ad quā p̄t pbabilit̄ r̄nderi ꝙ sic: q2 ppōnes modales ꝛ de inesse magis differūt q̄ affirmatio ꝛ negatio. sed affirmatio ꝛ negatio dr̄nt spē igit̄ ppō modalis ꝛ ppō de inesse differūt spē. ¶ Scdā difficultas. vtrū ppōnes modales diuise i eadē linea posite eq̄pollēat: ꝛ arḡt ꝙ non: q2 iste ppōnes sortē ipossibile ē esse: ꝛ sortē necesse ē nō eē ponūtur i eadē linea: ꝛ tn̄ nō eq̄pollēt: q2 vna est affirmatiua ꝛ alia negatiua. Nam illa de impossibili est affirmatiua cū in ip̄a nulla ponatur negatio.

An propō modalis ꝛ ppō de iesse dr̄stiguāt̄

An propōnes modales diuise i eadē linea posite equipolleant.

tur negatio. Secūdo sic. iste nō eqpollēt sortes ꝯtingēter nō ē currēs ꝛ sortes nō necessario ē currēs cū ad istā sor. ꝯtigēter nō ē currēs seq̄t ista sor. ꝯtigēter est currēs q̄ nō seq̄t ad istā de necessario: ꝛ tñ sūt in eadē linea. igitur. Tertio sic. iste nō eqpollēt oē ens nō possibile nō ē ens ꝛ ens necessario ē ens. ex quo vna est vera ꝛ altera falsa: ꝛ tñ sūt in eadē linea: puta in q̄rta. igit. Ad hoc rñdet q ppōnes modales diuise de diuersis modis in eadē linea dūmō sint siliūm sbo℞ ꝛ pdicato℞ ꝛ obseruēt ppetates logicales reqsite ad eqpollētias eqpollēt. vñ modales diuise de diuersis modis i eadēz linea ordinate debēt eē siliūm q̄litatū ꝛ q̄ntitatū siliūm sbo℞ ꝛ pdicatorum sile se hñtium quo ad ppetates logicales terio℞. ¶ Hoc supposito rñdet ad rōnes. Ad pmā negat minoꝛ ꝛ ad pbationē negat q illa de ipossibili sit affirmatiua: ꝛ ēt negat q negatio nō addat verbo: qꝛ ipossibile ē modus negatiu9 icludēs negationē. ¶ Ad secūdā distinguit maioꝛ: vl capiendo ly ꝯtingens spāliter vt disparate se hꝫ ad necessariū ad qd bñ seqt ꝯtingens nō eē ꝛ tale ponit i lineis: aut capiēdo ꝯtingēs gñalit vt se extēdit ad oē illud qd nō ē ipossē ꝛ tale nō ponit i lineis: ꝛ ppō in q̄ ponit tale cōtingens nō cōuertit in oppositā q̄litatē. ¶ Ad tertiaꝫ dī concedendo totum argumentū: qꝛ titulus questionis intelligitur dūmodo termini eodem modo supponant in vna sicut in altera.

Limitatio q̄tuor modorū faciētiū ppōnē modalem.

¶ Sciendū ē tertio q licet sint plures alij modi faciētes ppōnē modalē q̄ isti q̄tuoꝛ possibile: impossē: ꝯtingēs: ꝛ necesse. cuius modi sūt verū falsū ꝛ scitūꝫ: tñ cōiter deteriat solū de illis q̄ttuoꝛ: qꝛ iter oēs illos q̄ttuoꝛ modos p ppositionē negatiōis aut postpositionē vel p ppositionē ꝛ postpōnē simul fiūt oppōnes ꝛ eqpollētie: nō aūt sm alios modos. Et aduerte q ppō modalis nō dī iō modalis eo q a pte sbi vel pdicati vel copule ponat mod9 qꝛ tūc iste eēnt modales sortes alb9 currit. sortes currit velociter: sortes heri fuit qd ē falsū. sed dī modalis: qꝛ a parte copule ponit mod9 determinās vbū gra ꝯpōnis copule ꝛ act9 cōplexi sicut sūt illi modi possē ipossibile. Ex quo sequit q illi q dicūt q ppō modalis dī iō modalis: qꝛ a parte copule ponit mod9 verificabilis de tota ppōne inquantū ppō: nō bñ dicūt qꝛ tūc ista nō eēt modalis sortē possē ē currere: qꝛ ille mod9 possibile q ibi ponit non est verificabilis de tota ppōne: qꝛ possibile q dicat de tota ppōne capit scđe itentionalr ꝛ nō capit pme intentionalr: quēadmodū capit in ista. sortē possibile ē currere. iō dixerūt aliq q modalis dī iō modalis: qꝛ a pte copule pōit mod9 iclusus i diffōne modi verificabilis de tota ppōne inquātū ppō. vñ possē pme itentionaliter captū in-

Propō modal q̄re dī modal.

cludit in diffinitiōe ꝛ possibili scđe intētiōalr capto q verificabilis ē de tota ppōne. nā possē scđe itentionaliter captū est ppō sic se hñs q q̄liter cūq ꝓ ipsam significat eē possē est ita eē. ecce ibi quo in ista diffinitiōe icludit possē pme itentionalr captū ꝛ dꝫ intelligi dūmō illi modi hēant pportionabilitatē ad inuicē. Et per hoc remouet q̄litercūq q ponit i diffōne de possibili. ¶ Sed restat vna difficultas vtrū ista sortes pōt esse sit modalis vel de iesse. Rñdet breuiter q talis i ppria ei9 significatiōe ē de iesse ꝛ nō modalis: qꝛ eius copula ē mere simplex: vt pꝫ resoluēdo. resoluit. n. in istā sortes est potens eē: ibi ly est copula ꝛ potēs eē ē pdicatū. Ex quo seqt q in aliq̄ ppōne ponit iste modus possibile vel pōt q̄ nō est modalis neq diuisa neq ꝯposita: vt pꝫ de ista sortes ē possibilis: et de ista sortes est potēs eē. ¶ Et si dicat ista ppō sortes pōt eē cōiter cōcedit modalis. dico q qñ ꝯcedit modalis capit loco isti9: sortē possibile est eē ꝛ nō i propria eius significatione.

Quid ē posse scđe intentionaliter captum.

Sortes pōt eē q ppō est

¶ Sciēdū ē quarto q diuisio qua diuidit ppō modalis in cōpositā ꝛ diuisā non est diuisio gñis in spēs sed equoci i equocata: qꝛ ppō modalis ꝯposita nō ē ppō modalis cū i ipsa sit copula simplex: iō ipsa ē simplex de iesse. ¶ Et aduerte q iter modalē ꝯpositā ꝛ diuisam multiplex solet assignari drīa. ¶ Prima i modalib9 ꝯpositis hoc verbū ē vel aliqd vbū sibi equalēs sine aliquo mō determināte ipsaꝫ ē copula pncipalis. vt in ista aīal esse hoiēꝫ est possibile: ly est: ē copula pncipalis: sed in diuisis hoc verbū est vel hoc aggregatū ē eē determinatū aliquo mō est copula: vt iā supius visū est. ¶ Scđa drīa in modalib9 ꝯpositis mod9 ē sbm vel pdicatū i diuisis vero modus ē determinatio copule. ¶ Tertia drīa. qꝛ i modalib9 ꝯpositis vnū extremo℞ sumit materialiter: vel saltem pncipalioꝛ ps extremi: in diuisis vo nō. vñ qñ dī sortē currere ē possē totū illud extremū sortē currere tenet mālr p ista ppōne sor. currit. ¶ Quarta drīa. modi i cōpositis nō tenent amplatiue: sed scđe intētionaliter ꝛ cathegorematice: in diuisis vo amplatiue tenentur ꝛ sincathegorematice ꝛ pme itentionaliter. Ex oīb9 istis seqt q sm modales cōpositas nō ꝯtīgit fieri totaliter neq eqpollēt adinuicē saltē sm ppositionē ꝛ postpōnē negatiōis ad modū. licꝫ bñ adinuicē sequant rōne aliq̄℞ regula℞ logicaliū. Qua℞ pma ē. si aliq̄ ppō ē possibilis ipa non est impossibilis ꝛ ecōtra: qꝛ possibile ꝛ impossibile sunt adinuicē disperata: iō bñ sequit sortē currere est possibile. g9 sortē currere nō ē impossibile. ¶ Scđa regula. si aliq̄ ppositio ē possibilis sua ꝯdictoria si sit non ē necessaria: iō bñ sequit sortē currere ē possibile. ergo sortē nō currere nō est necesse. ¶ Tertia regula.

Que est diuisio q diuidit ppō modal. Diie inter ppōnē modalē cōpositaꝫ ꝛ diuisam.

Aliq̄ regule logicales

si aliq̃ ppõ ẽ necessaria sua ɔ̃dictoria ẽ impossibi-lis. ideo bñ seq̄r sortẽ eẽ aīal ẽ necesse. g° sortẽ ñ eẽ aīal ẽ ipossibile. ¶ Quarta regula si aliq̃ p-positio ẽ ipossibilis sua ɔ̃dictoria si sit ẽ neces-saria. ideo bñ seq̄r sortẽ eẽ asinũ ẽ impossibile. g° sortẽ ñ eẽ asinũ ẽ necesse. Et h̄ d̃ pmo articlo.

¶ Quantũ ad secũduz dubitatur primo qualiter accipiẽda sit oppositio i moda-libꝰ ppõibꝰ. ¶ Pro cuiꝰ solone ponunt aliq̃ re-gule. Quaꝝ pma est. ppões modales diuise de subiectis singularibꝰ ꝛ modis ɔ̃rijs obserua-tis alijs ɔditionibꝰ ad oppõnẽ ɔ̃riã ɔ̃riant sal-tẽ sm legẽ. qꝛ oẽs ppões vtroq̃ terio ꝑticipã-tes opposite q̃ nõ opponunt subcontrarie neq̃ cõtradictorie nec subalterne opponũt ɔ̃rie: s; tales sũt hmõi: igit. minor pꝫ: qꝛ pñt simul eẽ false: igit nõ opponũt nec ɔ̃dictorie nec subcõ-trarie. añs patet de istis sortẽ ipossibile est cur-rere. sortẽ neẽe ẽ currere. Et si qs dicat hmõi ppões sũt singulares. igit nõ opponũt ɔ̃rie. ¶ Ad hr̃ndet q; licꝫ sint singulares ex pte sub-iecti sũt tñ vles ex pte modi. ¶ Scda regula p-positiões modales diuise de sbiectis singulari-bus ꝛ d̃ modis ɔ̃dictorijs obseruatis ɔditiõibꝰ reqsitis ad oppõnẽ ɔ̃dictoriam sunt cõtradi-ctorie. Et de modis subcõtrarijs obseruatis cõ-ditiõibus ad oppositionẽ subcõtrariã sunt sub-ɔtrarie. ꝛ de mõis subalternis subalterne. Et põt h̄ regula pbari sicut pma. ¶ Tertia regla ppositiões modales diuise habẽtes subiecta cõmunia diuerse q̃litatis ꝛ q̃titatis tã ex pte subiecti q̃ mõi obseruatis ɔditionibꝰ ad oppo-sitionẽ ɔtradictoriã siue vna sit vniuersalis tã ex parte subiecti q̃ mõi ꝛ alia particularis ex parte vtriusq̃: siue vna sit vlis ex parte sbiecti ꝛ particularis ex parte mõi ꝛ talia contradi-ctorie se habeant sunt ɔ̃dictorie gratia forme qꝛ non pñt simul esse vere neq̃ false. ¶ Quar-ta regula ppositiões modales diuise de subie-ctis cõmunibꝰ de modis ɔ̃rijs obseruatis con-ditionibꝰ reqsitis ad ɔ̃riam oppositionẽ sunt cõtrarie ꝛc̃. ¶ Et aduerte q; ad dandũ contra-dictionem in modalibꝰ diuisis de similibꝰ mo-dis opoꝛꝫ negationẽ ferri ad modũ. lꝫ nõ opor-teat i alijs de diuersis modis. positio tamẽ ne-gationis ad modũ nõ sufficit sed reqrunt cõ-ditiones ad cõtradictorias. ¶ Quinta regula ꝛ vltima. ppositiones modales diuise vniuer-sales ex parte subiecti ꝛ particulares ex parte modi. similr pticulares vel idefinite ex parte subiecti ꝛ vniuersales ex parte modi nõ oppo-nuntur gratia forme quia tales sũt aliquãdo simul vere ꝛ aliquãdo simul false. Ex omnibꝰ patet q; ppositiões modales diuise de tertia ꝛ quarta lineis: obseruatis ɔditiõibꝰ ad oppo-sitionẽ cõtrariam sũt contrarie. Et de pma ꝛ scda lineis sunt subcontrarie: ꝛ d̃ prima ꝛ ter-tia lineis ɔ̃dictorie: silr de scda etiã q̃rta: de p-ma ꝛ quarta sbalterne: silr de secũda ꝛ tertia.

Margin (left): quõ ac cipit op positioi modali bus. Regle pdictũ dubiuz soluen tes. — Scda. — Tertia — quarta — quinta

¶ Dubitat scdo vtrum isti modi necessariũ ꝛ ipoẽ amplient ad q̃lꝫ tps ꝛ poẽ ꝛ contingẽs solũ ad pñs ꝛ futuꝝ. ¶ Pro solone supponit q; sicut signa vlia videlicet ois ꝛ nul-lus qñ addũt sbiectis vel pdicatis denotãt ip-sa accipi p oibꝰ suis suppositis sibi ɔuenientibꝰ pro tpe vbi dũmõ aliũde nõ ipediãt ita q; di-stribuũt terios qbꝰ addũt ꝛ faciũt eos stare dr. ita ẽt isti modi neẽe ꝛ ipoẽ se hñt circa copu-laꝫ distribuẽdo ipsaꝫ pro quolꝫ tpe iportato p caꝫ: faciũt eni copulã cui adduntur accipi vlr pro quolꝫ tpe iportato vel cognotato p ipsaꝫ copulã. Et sicut quoddã ẽ signũ pticulare nõ distribuẽs terminũ cui addit. sed facit ipsũ te-neri pro suis suppositis disiũctiue. sic isti mo-di poẽ ꝛ ɔtigẽs se hñt circa copulã quo ad tẽ-pus iportatũ p ipsã. ita q; denotãt copulã cui addunt accipi p oi tpe iportato vl cognotato per ipsã disiũctiue: ita q; qñ di sortẽ possibile ẽ currere. ly possibile denotat ly ẽ accipi p quo-libet tpe iportato p ly ẽ. s. p tpe pñti disiũctiue. ¶ Supponit vlteriꝰ q; isti modi poẽ ipoẽ con-tingens ꝛ necesse ampliãt terios puta sbm et predicatũ ad eq̃les differẽtias tempoꝝ. alias eni ppões cõstitute ex ipsis nõ opponerẽtur neq̃ eq̃pollerẽt. ꝛ p hoc pꝫ solutio ad dubiuꝫ. ¶ Sed restat adhuc vna difficultas. vtꝝ iste propositiones sint affirmatiue vel negatiue. sortẽ possibile est nõ eẽ: sortẽ poẽ est nõ curre-re. ¶ Et arguitur pmo q; sint affirmatiue. qꝛ contradictorie eaꝝ sũt negatiue. vñ ɔ̃dictoria prime est ista: sortẽ nõ poẽ ẽ non eẽ que est ne-gatiua cum in ipsa ponatur negatio. ¶ Scdo sic. ois ppõ in qua copula vel principalis pars copule non negatur non est negatiua: ista est hmõi quod pꝫ: qꝛ copula est totum hoc poẽ ẽ esse. ꝛ principalis pars copule est ly est verbuꝫ presentis temporis: igitur nõ sunt negatiue. ¶ In oppositum arguit. qꝛ ad veritatẽ istiꝰ sor-tem poẽ ẽ nõ esse sufficit subiectuꝫ pro nullo supponere: igitur ipsa ẽ negatiua. añs pbat: qꝛ ista est vã chymera poẽ ẽ nõ eẽ: cũ sua ɔ̃dicto-ria sit falsa. s. oẽm chymerã necesse ẽ esse. Et tamẽ si ipsa eẽt affirmatiua ipsa eẽt falsa cũ sbꝫ possit p nullo supponere. ¶ Scdo sic. ɔ̃dicto-ria istius. sortẽ poẽ ẽ nõ eẽ ẽ affirmatiua. vt pꝫ quia sua ɔ̃dictoria est ista. sortẽ necesse est eẽ que est affirmatiua. Itẽ equipollet negatiue: ergo ipsa est negatiua. añs pbat. qꝛ ipsa eq̃pol-let huic: sortẽ nõ necesse est eẽ q̃ est negatiua. igitur talis ẽ negatiua. ideo breuiter rñdet q; ta-les ppões sunt simplr negatiue. ꝛ ad rõnes pꝰ factas. ¶ Ad primã negatur q; ista sit negati-ua sortem nõ poẽ est non eẽ. sed est simplici-ter affirmatiua cuꝫ in ipsa ponant due nega-

Margin (right): Necessariũ ꝛ impoẽ quõ ãplient ad tps. — Poẽ ꝛ poẽ cõtingẽs ꝛc. quõ ãplient terios.


ites cadētes sup᷑ eādē copulā. ¶ Ad scḋaʒ negat ꝙ copula sit totū hoc posse est et: negat et ꝙ ly est sit ps principalis copule: ſʒ tota copula ē ly ē eē ⁊ pncipalis pars est infinitiuus.

¶ Dubitat tertio vtrū ꝓpositiões de contigēti debeāt ordinari cū alijs ꝓpōnibus alioꝝ modoꝝ ſm equipollentias. ¶ Pro cuius solone supponit ꝙ ꝯtingēs pōt capi dupliciter. vno mō large ⁊ ꝯuertit cum possibili puta ꝓ illo qḋ non est impossibile: ⁊ sic ꝓpões de contingēti bñ ordināt cū alijs ſm equipollentias: ⁊ ꝓpōnes de tali contingēti nō ꝯuertūt ī oppositā q̄litatē. Alio mō capit stricte ꝓ illo qḋ nō ē impossibile neqꝫ necessariū: ⁊ tūc ꝓpōnes de tali ꝯtingenti nō ordinant cū alijs ſm eqpollētias: ⁊ ꝓpositiones de tali cōtingenti ꝯuertunt ī oppositā q̄litatē: vt sortes cōtingēter currit. si sit de ꝯtingenti spālit capto tunc ꝯuertit in istā sortes ꝯtingenter nō currit. ¶ Et aduerte ꝙ ad ꝯuertendū tales ꝓpōnes ī oppositā q̄litatē nunq̄ oꝫ ponere negatonē ad modū. ¶ Et si qs q̄rat vlteri⁹ vtrū ꝓpōnes de contingenti spāliter capto ordinēt adinuicē ſm oppositionem vel ēt cum alijs. ¶ Uñ aduerte ꝙ dicunt aliqui ꝙ ꝓpōnes de ꝯtingēti spāliter capto sunt ypothetice q᷑ inferūt ypotheticas ⁊ eqpollēt ypotheticis vt ista sortes ꝯtingēter currit. eqpollet isti sortes possibiliter currit ⁊ sortes possibilr nō currit: vel isti sortes nō necessario currit: ⁊ sortes nō ipossibiliter currit. Et sic ī ipsis sumit oppō ꝯdictoria sicut ī alijs ypotheticis. ¶ Alij dicunt ⁊ magis ꝓbabiliter ꝙ sunt cathegorice ⁊ ē verū ⁊ dicūt ꝙ ꝓpositiones de ꝯtingēti spāliter capto qb⁹ conueniūt ꝯditiones reqsite ad oppositionē ꝯdictoriam sunt ꝯdictorie. ad ꝯriā contrarie: ad subcontrariā subcontrarie. ad subalternā subalterne. ¶ Est diligenter aduertēdum ꝙ cum dī ꝙ ꝓpositiones de contingenti spāliter capto sunt ꝯrie vel subcōtrarie dꝫ accipi oppositio ꝯria ⁊ subcontraria large vt se extendit ad oppositionem: cōtrariā ſm modū enunciādi ⁊ subcontrariam ſm modum enūciandi ⁊ non ſm legem: q᷑ due ꝯrie de ꝯtingēti spāliter capto sūt aliqñ sīl vere vt ois de⁹ non ꝯtingēter nō est de⁹: ⁊ ois deus nō cōtingenter est de⁹: ⁊ aliqñ sīl false: vt ois hō nō cōtingēt nō est currēs: ⁊ ois hō non contingēter est currēs: de subcontrarijs. pꝫ. nā iste sūt simt false deus contingenter est deus: ⁊ deus contingenter nō est deus: ⁊ aliq̄ sīl vere: vt hō cōtingēter est currēs. hō ꝯtingēter nō ē currēs. ¶ Et aduerte ꝙ ois ꝓpō de contingenti spālr capto in q̄ negatiō nō ponit ad contingēs equalet vni ypothetice copulatiue cui⁹ prima ps est affirmatiua de possibili: ⁊ secunda negatiua in q̄ possibile nō negat. vt ista sortes cōtingenter currit equalet isti sortes possibilit currit: ⁊ sortes possibiliter nō currit vel vt dicūt aliq equalet copulatiue: cui⁹ pma ps ē negatiua de necessario: ⁊ scḋa negatiua de possibili vt ꝓdicta equiualet isti sortes nō necessario currit ⁊ sortes nō ipossibiliter currit: ſʒ si negatio ponat ad ꝯtingēs tunc equalet disiūctiue ꝯposite ex ptib⁹ ꝯdicentib⁹ partib⁹ copulatiue: vt sortes nō ꝯtingēter currit equalet isti sortes ipossibilit currit vel sortes necessario currit. Sed ꝓ q̄ntitate modaliū diuisaꝝ supponit ꝙ tripliciter pōt attēdi. s. ex parte sbi ⁊ sic accipiatur sicut in illis de inesse. secūdo ex pte modi: ⁊ sic ille de illis modis necesse ⁊ impossibile sunt vles: ⁊ ille de possibili ⁊ ꝯtingēti sunt pticulares. tertio pōt attēdi ex pte vtriusqꝫ. Sed de q̄ntitate modaliū ꝯpositaruꝫ. Rñdet ꝙ dꝫ addi signū sicut in illis de inesse ⁊ attēdi eodē modo quantitas. ¶ Et aduerte ꝙ talia signa debent accipi ī neutro genere cū ista particla ly. ¶ Aduerte vlterius ꝙ omnis modalis composita ē indefinita nisi ponat signum in neutro genere: q᷑ tunc illa posset distingui. vnde ista sortez currere est possibile ē indefinita. q᷑ sensus eius est talis propositio sortes currit est possibilis. Et si debeat eē vniuersalis debeo dicere oē ly sortē currere ē possibile. Et est sensus ois talis propositio sortes currit est possibilis. ⁊ proportionabiliter dicatur de alijs: vt oēm hominē currere est possibile. est indefinita. Et si quis dicat: ibi ponit signum vniuersale: ergo est vniuersalis. Rñdetur negando ꝯñam: q᷑ tale signum accipit materialiter ⁊ non vniuersaliter seu significatiue. Aduerte ꝙ ad hoc ꝙ aliqua ꝓpositio modalis sit composita requiritur ꝙ copula non modificetur: ideo ista non est modalis composita deum esse deum possibile est esse necessarium. Et hec de secundo articulo.

Mõo ordinant ꝓpōnes de ꝯtingēti cū alijs. Contingēs q᷑t modis capitur

Supradicte ꝓpōnes qōo sūt conuertende.

Quot modis attēdit q̄titas modaliū diuisarū. Quātitas modalium ꝯpositarum.



Conclō rñsal ad pdicta dubia.

¶ Quantū ad tertium sit ꝯclusio reſpōſalis. ad dandū ꝯdictionē in modalib' ꝯ eodē mō oportet ponere negationē ad modū ſeruatis tñ alijs ꝯditionib' reqſitis ad ꝯdictorias. ¶ Ad rōnes ante oppoſitū. ad pmā dicitur q licet illis de ſcire ſingularis affirmatiua ꝛ ſingularis negatiua ſimiliū ſbor ꝯdicant. nō tñ oportz in modalib': qꝛ hō ñ ſufficit. ¶ Ad ſcdaz patet ſolo. ¶ Ad tertiā ꝯcedit totuz argumētū nec hoc eſt cōtra dicta: qꝛ ꝯcluſio intelligitur in modalib' de ſimilib' modis. nō ſic aūt eſt in pdictis: igitur. ¶ Ad quartā cōcedit totum argumētum. nō. n. ſufficit dato q̄ reqrat. ſed opꝫ q̄ negatio ferrat ad totū aggregatū ex verbo ꝛ modo. ¶ Ad quintā negat ꝯña. nō. n. obſeruant aliq̄ cōditiones reqſite ad oppōnes cōtradictoria. qꝛ lꝫ ens in neutro diſtribuitur qō tñ reqrit ad dādas ꝯtradictorias. Tert'.

Affirmatio an ſit rationi ꝯria ꝛ oratio orōni.

¶ Utrū aūt contraria ē affirmatio negationi: ꝛ oratio oratiōi que dicit quoniam oīs homo iuſtus eſt: ei q̄ dicit nullus homo iuſtus ē. An ei q̄ eſt: oīs homo iniuſtus eſt: callias iuſtus eſt: callias iuſtus nō eſt callias iuſtus eſt. que harū cōtraria eſt.

Iſte eſt terti' ꝛ vltim' tractat' hui' libri ꝯtinēs vnicū capitulū in quo monet talē q̄ſtionē vtrū ppōi affirmatiue ꝯriet ppō de mō enūciādi ꝯrio aut ppō affirmatiua de pdicato ꝯrio. vt vtrū huic ppōni oīs hō eſt iuſt' ꝯriet iſta null' hō eſt iuſt' aut iſta oīs hō ē iniuſt'. Rñdet q̄ p' q̄ illa q̄ ſūt i voce ſequūt illa q̄ ſūt i aīa: iō ſi opiniones. i. ppōnes mētales ꝯrient mētalib' de mō enūciādi vel de extremis ꝯrijs. ita etiā ꝛ vocales. ſꝫ mētales ꝯriant mētalib' de mō enūciādi qō pbat octo rōnib'. ¶ Pria

Rationes pdictas q̄ſtiones limitātes. Prima

oppiniones ꝯrie nō pñt ſil eē vere. ſꝫ oppiones de extremis ꝯrijs pñt ſil eē vere vt iſte bonū ē bonū / malū ē malū: igit ñ ſūt ꝯrie. ¶ Scdā rō huic qō ē bonū eē bonū ꝯriat bonū nō ē bonū

Scdā.

g' nulla alia ſibi ꝯriat: qꝛ vni tm̄ vnū ꝯriatur. ¶ Tertia rō. ppōnes in qb' pmo eſt veritas ꝛ falſitas maxie ꝯriant. ſꝫ ſic eſt de illis q̄ ſūt de ꝯrijs mōis enūciādi ꝛ nō de alijs: igit. ¶ Quarta rō. ppōni ſm ſe vere opponit ppō ſm ſe falſa ꝛ nō ſm accidens: ſꝫ illa bonū eſt bonū ē ſm ſe vera ꝛ illa bonū nō eſt bonū ſm ſe falſa. igit opponit pme ꝛ nō illa bonū eſt malū q̄ eſt ſm accidens falſa. ¶ Quīta rō. oppiniones ꝯrarie debent plurimū diſtare. ſꝫ opiniones ꝯrarijs modis enūciādi magis diſtant q̄ ille que ſūt de extremis cōtrarijs: igitur. ¶ Sexta rō. opinioni vere ꝛ ſimplici cōtrariat oppinio falſa ꝛ ſimplex. ſꝫ iſta ppoſitio bonū eſt bonuz eſt ve-

Tertia quarta.

Quīta. Sexta.

ra ꝛ ſimplex. ergo ſibi cōtrariat iſta bonū nō eſt bonū ꝛ nō iſta bonū eſt malū q̄ implicat aliam ꝛ nō ecōtra. ¶ Septia ratio. ꝯrietaz debet vniformiter ſumi i oīb' oppoſitionib'. ſꝫ penes ꝯrietatem extremoꝝ nō pōt vniformiter ſumi cū multa ſūt extrēa q̄ ñ habēt ꝯria. ¶ Octaua ratio. ſicut ſe hꝫ iſta bonū eſt bonū ad iſtā non bonū eſt bonū. ita iſta bonū nō ē bonū: ad illā nō bonū nō ē bonū. g' p locū ad tranſmutata ꝓportione ſicut ſe hñt iſte due ſ. bonū ē bonū ꝛ nō bonū nō ē bonū: ita ſe hñt iſte due bonū eſt bonū ꝛ bonū nō eſt bonū: ſꝫ due prime ꝯtrariāt: igit due ſcde. ¶ Et ſbdit q nihil refert ſi tales ppōnes ſint vles vl indefinite qꝛ eq̄ hñt i illis ſumit oppoſitio penes modū enūciādi ꝛ nō penes extrema ꝯria. ¶ Et ſubdit finaliter q̄ enūciatio vera nō contrariatur enunciationi vere. Quia omne verum omni vero conſonat.

Septia

octaua

Ubi ſumit ꝯrietas in enūciationib'

Queritur vtruꝫ cōtrarietas in enūciationibus ſit ſumēda penes ꝯrietatē extremoꝝ aut penes modos enunciādi cōtrarios. ¶ Arguitur pmo ſic. nulle ſūt enūciationes ꝯrie: ergo i eis nō eſt ſumenda ꝯrietas nec penes ꝯrietatem extremorū nec penes modos enūciādi ꝯrios añs. pꝫ. qꝛ oīs enūciatio vocalē vox: ſꝫ nulli voci ē alia vox ꝯria. g' ꝛc. ¶ Scdō ſic. oēs enunciatiōes ꝯriant adinuicē aut aliq̄ ꝛ aliq̄ nō. nō oēs vt notū ē: nec aliq̄ qꝛ nō videt maior rō d̄ aliqb' q̄ de oīb' cū nō magis repugnāt aliq̄ ppōnes ad eſſe ſil i eodē ſbo q̄ alie: ergo nulle ppōnes ſūt ꝯrie. ¶ Tertio ſic. dicit pħs in poſtpdicamētis q̄ iſte ſūt ꝯrie ſortes ē languidus ſortes eſt ſan': ergo ꝯrietas ē ſumenda penes extrema ꝯria ꝛ nō penes modos enunciandi. ¶ Quarto ſic. ille ppōnes magis debent dici ꝯrie q̄ ꝯrietate rep magis ſūt repugnātes: ſed enūciatiōes de extremis ꝯrijs ſūt hmōi. igit. ¶ Quinto ſic. enūciatiōes q̄ ſunt de extremis ꝯrijs hñt maiore diſtantiā ꝛ magis opponuntur q̄ ille q̄ ſunt de contrario mō enunciandi qꝛ plus reqritur ad verificandū affirmatiuaz de predicato ꝯrio q̄ ad verificādū negatiuā. igit. In oppoſitum eſt pħs in textu. In queſtione ſicut in ceteris erunt tres articuli.

¶ Quantū ad primū ſciēdū ē primo q̄ p declaratiōe qōnis ſupponit primo q̄ opinio pōt capi tripl'r. vno modo pro ppoſitione mentali cui ſubordinatur propoſitio vocalis. ꝛ ſic accipit in textu opinio. Alio mō accipitur pro aſſenſu vel diſſenſu quo aſſentimus vel diſſentimus alicui cōplexo ſiue tal' aſſenſus vel diſſenſus ſit cū formidine de oppoſito ſiue non. Alio modo capit pro aſſenſu vel diſſenſu quo aſſentimus alicui complexo cū formidine de oppoſito qui quidez aſſenſus nō ē niſi notitia adheſiua vel iudicatiua qua iudico affirmatiue de aliquo cōplexo ꝛ diſſenſus

Opinionis acceptiones.

dico negatiue de aliquo cõplexo ⁊ h̄ respectu eiusdẽ subiecti. ¶ Scdo supponit ꝙ capiendo opinionẽ p̄io mõ: scꝫ ꝓ ꝓpone mentali dupl'r põt intelligi vnã opinionẽ ꝯriari alteri. primo quo ad eẽ sil' in eodẽ subiecto: ⁊ h̄ mõ opiniões nõ ꝯriant̃ ẽt de modis enũciãdi ꝯrijs: q2 tales pñt sil' esse in intellectu. Nã intellectus põt formare ꝓpõnem ypotheticã cõpositam ex ꝯrijs vel ꝯdictorijs. Alio mõ põt intelligi ꝙ ꝯrientur quo ad hoc ꝙ nõ pñt sil' esse vere ⁊ hoc mõ opiniões de ꝯrio mõ enũciãdi bene ꝯriantur. ¶ Tertio supponit ꝙ si capiat̃ opinio scdo mõ .i. p̄o assensu vel dissensu: tũc opiniones ꝯrie q̄ nõ sũt nisi assensus vel dissensus ꝯriant̃ q̃tũ ad hoc qđ est esse sil' in intellectu: ⁊ quo ad hoc qđ est vere sil' enunciari. vñ nõ põt intellectus sil' de eodẽ cõplexo hr̄e assensum ⁊ dissensuꝫ.

Opinio capta ꝓ ꝓpõne mẽtali. q't modis capitur.

¶ Sciendũ est scdo ꝙ propositiões pñt dici ꝯrie dupl'r. vno mõ ex parte mãe .i. ex parte extremorũ. ⁊ sic ille propositiones dicuntur ꝯrie q̄ sunt de contrario extremo vel ꝯrijs extremis vt sortes est sanus sortes est languidus. bonũ est bonũ: ⁊ malũ est malũ. ¶ Uñ extrema ꝯria sunt q̄ sil' de eodẽ verificari nõ pñt ⁊ se habentia positiue vt albũ nigrũ sanũ ⁊ lãguidũ. ¶ Secũdo mõ ꝓpões pñt dici ꝯrie gr̃a forẽ .i. rõne mõi enũciãdi ꝯrij cuiusmõi sᷓ vl'is affirmatiua ⁊ vl'is negatiua. vt qlibet hõ currit: nullus hõ currit. ⁊ de istis ẽ dubitatio textus vtꝝ magis opponant̃ tales ꝓpositiões seu vtrũ ab ipsis magis sit sumenda ꝯrietas q̃ a ꝓpõnibus de extremis ꝯrijs. ¶ Pro cuius declaratione est vlterius aduertendũ ꝙ aliq̄ dicunt̃ ꝯriari adinuicẽ dupliciter. vno mõ ꝯrietate incompleta seu terminorũ. ⁊ sic ꝓpones de extremis ꝯrijs magis ꝯriant̃. ¶ Alio mõ ꝯrietate ꝯpleta q̄ se tꝫ ex parte copule. ⁊ sic ꝓpões de ꝯrijs modis enunciandi dicunt̃ magis cõtrariari ⁊ ex pte ipsaꝝ magis dꝫ attendi ꝯrietas q̃ ⁊ ex pte aliaꝝ q2 magis repugnãt ad esse sil' veras cũ nunq̃ pñt sil' esse vere: ⁊ tñ ille de extremis cõtrarijs pñt sil' esse ve: vt iste sunt sil' vere bonum est bonũ. malum est malum q̄ sunt de extremis contrarijs.

Propõnes q't modis dicũt cõtrarie.

Que sᷓ extrẽa ꝯraria

Quot modis aliq̄ dicũt̃ adinuicem cõtrariari.

¶ Sciendũ est tertio ꝙ qñ dicitur in textu ꝙ iste due sunt ꝯrie. bonũ est bonuꝫ: ⁊ bonũ nõ est bonũ ibi accipit aristoteles ꝯrietatem large vt se extendit ad ꝓpões q̄ participant legẽ cõtrariorũ ⁊ illud sibi sufficit ad suũ ꝓpositum. ¶ Pro cuius declaratione ẽ aduertendũ ꝙ ꝓpones pñt dici ꝯrie dupl'r. vno mõ ſm legem ⁊ modũ sil' puta q̄ sic se hñt ꝙ vna ẽ vl'is affirmatiua. ⁊ alia vl'is negatiua ꝯsimiliũ subiectorũ ⁊ p̄dicatoꝝ: obseruatis tñ alijs ꝯditionibus requisitis ad contrarias. Et sic iste non sũt cõtrarie bonũ est bonũ ⁊ bonum nõ ẽ bonũ. Alio mõ dicunt̃ ꝓpositiones cõtrarie ſm legẽ puta que sunt diuerse qualitatis ⁊ cõsimiliũ terminoꝝ que non pñt esse simul vere. Et sic ille propositiones bonuꝫ est bonũ: ⁊ bonum nõ est bonum sunt cõtrarie.

Propõnes q't modis dicũt̃ ꝯrie.

¶ Sciendũ ẽ quarto ꝙ adhuc circa textuꝫ scidũt aliq̄ difficultates. Prima an iste due. oĩs hõ est iustus: oĩs hõ est iniust' sint de predicatis ꝯrijs vt vr̃ dicere text'. ¶ Pro solutione supponit ꝙ oĩs terminus cõpositus ex ista ꝓpositiõe ⁊ in termino positiuo põt capi tripl'r. scꝫ ꝯrie priuatiue ⁊ negatiue. Et iõ iste terminus iniustus põt capi tripl'r. vno mõ contrarie vt importat habitũ cõtrariuꝫ iustitie. ⁊ sic ille ꝓpões oĩs hõ est iustus: oĩs hõ est iniustus sunt bñ de extremis contrarijs. Alio mõ capitur priuatiue ꝓ illo qui nõ hꝫ iustitiã: natus est tñ hr̄e: ⁊ sic puer dicit̃ iniust'. Alio mõ negatiue ⁊ sic tm̃ vꝫ sicut nõ iustus quẽadmoduꝫ lapis dr̃ iniust'. ¶ Scdã difficultas quomodo intelligit̃ ꝙ ꝓpones de mõ enunciãdi ꝯrio sunt p̄io vere q̃ ꝓpões de extremis cõtrarijs. Rñdet̃ ꝙ rõ est: q2 propositiões de mõ enunciandi ꝯrio magis appropinquãt ad primũ ꝑncipiũ q̃ ꝓpões de extremis cõtrarijs q2 in ipsis ꝓpõnibus de modo enunciãdi cõtrario semꝑ idẽ affirmat̃ ⁊ negat̃ de eodẽ qđ nõ fit in ꝓpõnibus de extremis ꝯrijs. ¶ Tertia difficultas qũo intelligit̃ ꝙ ista ꝓpõ bonuꝫ est bonum est ſm se vera: ⁊ ista bonũ non ẽ bonum: ſm se falsa. ⁊ ista bonum est malũ ſm accidens falsa. rñdet̃ ꝙ iõ dr̃ ſm se vera vel' ꝫ se falsa: q2 manifestius est vera vel mãifestius falsa. vñ ista est manifestius falsa bonum est non bonum q̃ ista. bonum est maluꝫ: iõ dicit̃ ſm se falsa. Et hec de p̄io articulo.

Dubiuꝫ de ꝓpõnibus cõtrarijs.

Iniust' quot modis capitur

¶ Quantũ ad scdm dubitat̃ p̄io vtꝝ enunciationes vocales ⁊ scripte eodẽ mõ cõtrarient̃ sicut mẽtales. ¶ Pro cuius solutione supponit̃ ꝙ sicut ꝓpões vocales ⁊ scripte nõ dicunt̃ vere neq̃ false nisi q2 subordinant̃ mentalibus veris vel falsis. ita ꝙ veritas ⁊ falsitas primo conueniũt ꝓpõni mentali q̃ ꝓpõni vocali vel scripte. Sic ẽt ꝓpões vocales vel scripte nõ dicũt̃ ꝯrie nisi q2 subordinãtur mẽtalibus cõtrarijs. ¶ Ex quo sequit̃ ꝙ contrarietas p̄mo cõuenit mentalib' q̃ vocalib' ⁊ scriptis. ⁊ q2 conuenit mẽtalibus ſm ꝯrios modos enunciandi vt ꝓbant octo rões i textu: ideo cõuenit vocalib' ⁊ scriptis ſm modũ enunciãdi. ¶ Sꝫ restat alia difficultas quo intelligit̃ ꝙ ꝓpones de ꝯrijs modis enunciãdi magis distant q̃ ꝓpões de extremis ꝯrijs. vt iste magis distãt bonũ est bonum: bonũ nõ est bonum. q̃ iste bonum est bonũ: bonum est malum. ¶ Respondet̃ ꝙ sic intelligit̃. q2 affirmatio ⁊ negatio magis distant q̃ affirmatio ⁊ affirmatio. Sed ꝓpões de modis ꝯrijs enũ

Enũciatiões vocales q' mõ ꝯriẽtur.

Quõ intelligit̃ ꝓpõnes magis distare.

ciādi se hñt sicut affirmatio ⁊ negatio: nō aūt ꝓpōes de ɔ̄rijs extremis. ¶ Sꝫ adhuc ē alia difficultas quō intelligit̄ ꝙ ista bonū nō ē bonum est simplicior ꝙ̄ ista bonū ē malū: cum in ista bonum nō est bonū sint plures termini ꝙ̄ in ista bonū ē malū saltē officialiter. Rñdet̄ ꝙ ista bonū ē malū dr̄ minus simplex: qꝛ īplicat istā ꝓpōnē bonū ñ ē bonū. iō dr̄ magis ɔposita ꝙ̄ ista bonū ñ ē bonū. qꝛ ista bonū ñ ē bonū nō īplicat istā bonū ñ ē malū. iō dr̄ eē simplicior.

¶ Dubitat̄ scd̄o vtꝝ argumētuꝫ a trāsmutata ꝓportiōe quo aristoteles vtitur in octaua rōne teneat vł̄r in oīb⁹ terminis. Pro cui⁹ solōne supponitur ꝙ ꝓportio ē habitudo vni⁹ quātitatis ad aliā vt habitudo duoꝝ ad q̄ttuor dr̄ ꝓportio. ¶ Sꝫ proportionabilitas est habitudo vnius ꝓportionis ad aliā: vt sic se hñt octo ad q̄ttuor ita sex ad tria: ſꝫ trāsmutata ꝓportio est qñ scd̄a ꝓportiōe ꝑmi ad scd̄m ⁊ tertij ad q̄rtū transmutatur ꝑmū tertiū ⁊ secundū ad quartū vt sicut se hñt sex ad tria: ita duo ad q̄ttuor. sed sex excedūt q̄ttuor ī tertia pte. ergo tria excedūt duo ī tertia pte. ¶ Hoc supposito dr̄ ꝙ argumētū a trāsmutata ꝓportione ꝑpile tꝫ in quātitatibus. dico ēt ꝙ hñ tꝫ in termis ɔ̄dictorijs ⁊ terminis cōuertibilib⁹ ⁊ h̄ est qđ cōīter dr̄ ꝙ istud argumentū tꝫ ī oībus quātū ad ɔ̄dicere ⁊ cōuerti. i. in terminis ɔ̄dictorijs ⁊ couertibilibus. sed in alijs nō oꝫ ꝙ teneat sed magis cōmittitur fallacia ɔ̄ñtis vt pꝫ arguēdo sic. sicut se hꝫ hō ad non hoīeꝫ: sic aīal ad non aīal. ergo per locū a trāsmutata proportione: sicut se habet hō ad aīal ita ñ hō ad non aīal: sed oīs hō est aīal. ergo oīs nō hō est non aīal. Silr̄ non sequit̄. sicut se habet superficies ad hanc superficiem: sic color ad hunc colorē. ſꝫ supficies nō potest esse sine colore. ergo hec supficies non pt̄ eē sine hoc colore. Silr̄ nō sequitur sicut se hꝫ corpus ad h̄ corpus: ita locus ad hunc locū. sed corp⁹ nō pōt esse sine loco. ergo h̄ corpus nō pōt eē sine hoc loco. Silr̄ nō seqtur sicut se hꝫ ens ad nō ens sic possibile ad impossibile. sed oē ens est possibile. ergo oē non ens est impossibile.

¶ Dubitat̄ tertio circa illud dcm̄ ꝙ oē verꝝ oī vero ɔsonat. Et nullū verꝝ repugnat vero vtꝝ sit verum. Et vr̄ ꝙ nō: qꝛ si oē verꝝ oī vero ɔsonaret. sequeret̄ ꝙ oē verꝝ sequeret̄ ad oē verū. i. ꝙ quelibet ꝓpō vera sequeretur ad ꝓpōnem verā qđ est falsum. nō enī sequitur sortes est hō: ergo sortes bibit. Et tamen ambe propositiones pñt sil̄ esse vere. Et ꝙ nō sequatur. pꝫ: qꝛ añs potest eē verꝝ ɔ̄ñte existe falso. Et ꝙ sequat̄ ꝓbat̄ per aliud dictū cōe. Quodlibet cum quolibet vel eius cōpositū stat. ſi enī ad ꝓpōnem verā nō sequeret̄ ꝓpō vera. tunc oppositū ei⁹ qđ erit falsum stabit cū illo qđ non

Quid ē proportio.

Quid ē proportionabilitas.

Quō intelligit̄ ꝙ oē verū oī vero cōsonat ⁊ nullū verū repugnat vero.

vr̄ ꝓbabile. Pro responsione supponit̄ ꝙ qñ dr̄ oē verum oī vero consonat: sic intelligit̄: id est ꝙ nulla ꝓpō vera repugnat ꝓpōni vere sed pōt cū ea stare. Et si quis dicat due ꝓpōnes vere pñt opponi adinuicem. vt pꝫ de duabus ɔ̄rijs ꝯ̄ cōtrarijs ⁊ subalternis. ⁊ ēt de duabus ɔ̄rijs ꝯ̄ contingenti spāliter capto. Rñdetur ꝙ nō seq̄tur. iste ꝓpōnes opponunt̄ adinuiceꝫ. ergo repugnāt: qꝛ propositiōes repugnare nō est eas non posse esse sil̄ veras: qꝛ tunc ista ꝓpō nulla ꝓpō est negatiua: vel ista oīs ꝓpō est particularis repugnarent cuilibet ꝓpōni eo ꝙ nō possent esse sil̄ vere cū alijs ꝓpōnibus: ⁊ ita opposita eaꝝ sequent̄ ad quodlibet qđ est falsuꝫ: nō enim sequit̄ chimera nō est ergo aliqua ꝓpō ē affirmatiua. Sed dicunt̄ ꝓpōnes repugnare que sic se hñt ꝙ īpossibile est ita eē sicut adeq̄te significatur per vnam dū ita est sicut significatur p aliaꝫ. ¶ Etiā qñ dr̄ qđlibet cū quolibet vel eius oppositū stat non est idem stare sicut seq vñ ꝓpōnes sil̄ stare non est aliud ꝙ̄ adinuicem nō repugnare: iō non sequitur ista ꝓpositio stat cum illa. ergo sequit̄ ad illam. Et hec de secundo articulo.

Quō intelligit̄ ꝓpōnes repugnare.

¶ Quantū ad tertiū sit ɔclusio responsalis. in enūciationib⁹ vocalib⁹ ⁊ scriptis sumenda est ɔ̄rietas penes modos enunciādi ɔ̄rios qꝛ taliter sumit̄ in mentalib⁹ vt probatū est in textu. ¶ Ad rōnes ante oppositū. ¶ Ad primā dr̄ ꝙ enūciationes non dicunt̄ ɔ̄rie intrinsece ⁊ formaliter vł̄r eo ꝙ non possint sil̄ esse in codē sed qꝛ non pñt sil̄ eē vere. Silr̄ dicatur ad scd̄aꝫ. ¶ Ad tertiā dr̄: ꝙ phs non intellexit eas esse simplr̄ ɔ̄riaꝫ. ſꝫ intellexit ꝙ sūt enūciationes de ꝑdicatis ɔ̄rijs. ¶ Ad quartā dr̄: ꝙ lꝫ ꝓpōnes de ꝑdicatis ɔ̄rijs magis repugnent ex pte materie seu terminoꝝ. tñ cōtrarie de modo enunciandi magis repugnāt repugnātia q̄ se tꝫ ex parte forme seu in vitate.

¶ Et similiter dicatur ad quintam.

Cōclusio responsalis de enūciatiōibus vocalibus ⁊c̄.

¶ Et sic est finis secundi peryarmenias. Et per consequens questionum totius veteris logice.

¶ Sequitur primus liber priorū analeticoꝝ.

PRimū opꝫ dicere circa quid ⁊ de quo est intentio. Qm̄ circa dmōstrationē ⁊ de demonstratiua disciplina. deinde determinare quid est ꝓpō: ⁊ quid termin⁹: ⁊ qđ syllogism⁹: ⁊ qs ꝑfectus: ⁊ qs imꝑfectus. postea vo qđ in toto esse vł̄ non esse hoc in illo: ⁊ quid dicimus de omni aut de nullo predicari.

Proemiū librorū porum.

Diuisio libri.

